111

111

29

UVA. BHSC. IyR_029

2368

98-2

29

UVA. BHSC. IyR_029

29

UVA. BHSC. IyR_029

UVA. BHSC. IyR_029

~~137~~

111

UVA. BHSC. IyR_029

UVA. BHSC. IyR_029

a Ebrs est calor extraneus. Excusati ab his que in librorꝝ ꝓncipijs dici cōsueuerūt. qz super principio ꝑmi can. dicuntur ⁊ quia non intendim⁹ ad puerilia: sz ad necessaria ꝑme fen huius quarti dicem⁹. Quod postꝫ in tertio libro determinauit Auicen. de egritudinibus appropriatis determinatis mēbris organicis ꝑprie placuit sibi in hoc q̄rto libro determinare de pticularib⁹ egritudinibus q̄ uni mēbro nō appropriantur ⁊ etiam de decoratione ⁊ dico sicut ipse dixit in proemio can. q⁹ hoc placuit sibi. qz etiā potuissz sciam de febribus ⁊ de apostematib⁹ antepone re scie de morbis appropatorū mēbrorꝝ sicut et fecit Halyab. i octauo ⁊ nono theori. ⁊ in. z. ⁊ quinto practice. ¶Primo ergo ut sibi placuit determinat de egritudib⁹ q̄ nō appropriāt uni mēbro. secdo de decoratione. ibi seda. Capillus in prin. fen. septime. ¶Prima in q̄ttuor sicut q̄ttuor sunt iste egritudines siue dispōnes pticulares nō tamē appropriate uni mēbro. s. febris. apostemata. solō cōtinuitatis ⁊ dispositio uenenosa. primo ergo determinat de febrib⁹. secdo de apostematib⁹. tertio de solutione cōtinuitatis. q̄rto de dispōnibus uenenatorꝝ. ibi secunda in principio fen. tertie. Jam locuti sumus. ibi tertia in principio q̄rte. Jam diximꝰ. ibi q̄rta in principio sexte fen. Qui timet. prima in duas. primo determinat de febribus q̄tum ad eēntiam: causas: ⁊ signa ⁊ curā. secdo quātum ad terminationē. ibi. seda Crisis intentio. uel ibi nos dicem⁹. ¶Prima in duas. primo determinat de febribus in generali magis. secundo in spāli sermone. ibi. secunda. Cause oīum specierum fe. effimere. Generalia que cōsideramus de febre sunt ei⁹ esse: ⁊ distinctio in genera ⁊ ei⁹ inesse subiecto ꝫ subiectorꝝ aptitudinē ⁊ eius tpa. primo ergo ponit diffinitionē febris ⁊ diuisionē. secdo oīdit corpa patiora ad illam. tertio determinat de febrium tpibus. ibi. seda dixerunt. ibi. tertia febrium hore. ¶Prima in duas. primo ponit diffinitionem. Secundo diuisionem. ibi. secunda ⁊ sunt quidā. prima in duas. primo ponit diffinitionez. secdo declarat quedam. ibi. seda ⁊ inflammatur. licet posset dici q⁹ totū quod ponit usqz ibi. ⁊ sunt quidam sit diffinitio. Cōsiderandū aūt generaliter circa totum quartum librum q⁹ egritudines de quibus hic determinat sunt pticulares. quia quedam spēs generū primorꝝ dictorꝝ fen. seda primi can. sunt etiam cōes. uel qz non appropriate ulli uni mēbro organico. uel qz quedā sunt cōes qz toti inherentes ut febris. quedā cōes q⁹ colligunt plures morbos. ut apostema. quedam cōes quia in natura cōi ut soluta cōtinuitas. q̄dā de his dispositiōibus sūt cōes: qz totū corpus ledētes: ut uenena: ꝫ q̄dā uenena plus hoc q̄z illud mēbrū. Circa diffiniti onē febris cōsiderādū ꝓio q⁹ multe dant de ea diffinitōes ab auctoribꝰ. s. a Gali. primo de differētijs febriū. ⁊ in cōmento affo. humide diete. ⁊ qui crescunt ⁊ in commento pulsuū ⁊ secundo de accīti ⁊ morbo: ⁊ in q̄z multis locis. diffinitur etiā a Joānicio ⁊ ab Auer. z. collz. ⁊ in cantica cāticorꝝ ⁊ ab haly. i teg. ō signis cordis. ⁊ ab halyab. octauo theorice. ⁊ ab ysaac in ꝓio. de fe. ⁊ in summa a quolibet auctore de febribus tractante ⁊ oēs sūt diffinitōes bone. sed qz magis cōpleta ē ista auicē. ⁊ diffinitōes sibi similes sicut ē diffinitio ysaac ⁊ halyab. ⁊ auer. Declaremus ergo hāc f ebris dicitur a feruore. grece enim uocatur pireos a pir quod est ignis ut dcit conciliator dif. 87. ⁊ ideo febris dicit calor de natura ignis ut primo re. acu. cōmento. 45

b Est calor. Dubitat cōciliator utrum febris sit calor cum repiantur febres frigide ut stati dicit auicē. ⁊ multa alia arguēta puerilia iducit. ⁊ dicit quosdam dixisse. q⁹ febris est calor materialiter. i. est i calore. ⁊ fuit tadeus in glosis ioannitij uolens saluare q⁹ febris sit calor: qđ est corp⁹ calidum. Alij direrūt q⁹ febris est calor cāliter. i. cāta a calore. ¶Nos āt dicamus cum gali. in primo de differētijs febriū q⁹ febris eēntialiter est in genere caloris ꝑter naturam: q⁹ ostendit operationū lesio. s. ꝑter naturalitatē: caliditatem aūt oīdit tact⁹. Et si a priori uis iuestigare hoc uide cōnem nostram de subiecto febris. ubi deduximus q⁹ in corde ⁊ corpore toto est dare morbū calidum ledentē oēs totius opatiōes. ⁊ q⁹ istū morbum oportet te noīare febrem cum non sit aliud nomen apti⁹. est aūt febris calor qui est qualitas ⁊ non corpus. Est enī febris morbus in conclusione ut octauo ter. primo capitulo. si enim esset calor corpus iam eēt morbus in numero. Cum ergo dicitur q⁹ febres alique sunt frigide intelligitur uel quia causa est frigida: ut flegma uel melācolia: uel quia sequit accidens cū frigore ut rigor: deinde dicit.

c Extraneus. Omnes conueniunt q⁹ extraneitas caloris est duplex: una totalr opposita uite sicut est calor extraneus mortuorꝝ: ⁊ sic febris nō est calor extraneus: quia cū febre fiunt opera uite ⁊ apparent in febre operationes alicuius naturalis caloris. Alia est extraneitas opposita sanitati: quia remouet perfectionē operationū: ⁊ ponit in eis maliciam ⁊ ipedimentū ⁊ talis est calor febrientis. ergo apparet q⁹ in febriēte est calor compositus ex naturali ⁊ preter naturā. ⁊ addunt bononienses q⁹ cū febris sit calor extraneus ⁊ sit egritudo. est egritudo ut nūc: ⁊ ideo dicit extraneus respectu eius cuius est. s. respectu sor. uel platonis. Et inferunt ex hoc q⁹ febris nō pōt accidere ex principijs generatōis: sicut nec aliqua egritudo nūc. ¶Istos sermones pertractauimus i teg. ubi contra plusqz cōmentato. defendimus q⁹ egritudo nūc a generatione eē protest. ¶Nos aūt parūper reuertentes dicimus q⁹ iā disputauimus probare duas questiōes: unā an febris sit extraneus calor: aliā an sit additus calor naturali calori. Et dicemus illaz summas. Et est q⁹ cū ad oēm naturā cū ea stat sanitas possit fieri morbus per additionē ⁊ diminutionē in natura cōplexionali cordis ⁊ totius corporis potest taliter aduenire morbus: febris igitur cū sit morbus in cōplexione cordis ⁊ totius erit morbus per additū calorē qui additus calor est extraneus ⁊ inaturalis. Consideramus igitur in corpore febriente duos caloreꝫ qui sūt due forme absolute unus calor est naturalis habens in se certā mensurā diuersā sed diuersa corpora. Alius calor ⁊ alia forma est calor malus aduētiti⁹: ⁊ iste est febris: ⁊ diuersitatē manifestā istaz formaz ostēdūt nō solum operationes diuerse. s. maligne ⁊ bone: sed opatio ⁊ intentio medici. qa naturalē cōseruat ⁊ accidētalē corrūpit. calor enī colerici corpis aliud in

dicat: ⁊ aliud calor flegmatici q̄ꝫ utriqz sit additꝰ idē gradus mali caloris: ut subtiliant Gal. in fine octaui ter. Utrū autem si calori presenti naturali remanenti in sua mensura aduenireat aliqua mensura caloris mali esset febris uel non habet dubiū. Et credo q⁹ esset febris sicut si quinqz digitis aduenīat sext⁹ est morbus licet de facto illud non contingat quia calor febris statim resoluit spiritus ergo qui dicit q⁹ febris substantia est in genere caloris preter naturā melius dicit ⁊ accipit febrē ꝑ illo calore addito: ⁊ facit ꝑdicatōez essētialē: sz q dicit febris est calor naturalis mutatus in igneū facit predicationē denominatiuā ⁊ tunc intellectus iuuenilis subtilizans poterit defendere q⁹ calor extraneus qui est febris essentialiter est extraneus extraneitate uite opposita: licet nō qlibet actu occidat ⁊ sz nō qlibet febris sit mortalis. in sui tū ratione inquantū extraneus non prohibetur quin occidat: sed prohibetur inquantum tante mensure sicut napellus in sui natura habet calorem mortalem ex toto uite oppositum ita q⁹ in tanta mensura necessario priuat uitam. sed non quelibet quantitas napelli occidit: imo cum ea stant uite opera. Si ergo de ratione caloris preter naturā qui est calor febrilis formaliter est q⁹ impediat cordis operationes. ergo additus gradualiter addet in nocumento. ⁊ itez additus itez addet in nocumento quousqz cordis operationes priuentur. Si enī per tantū gradū ⁊ in ꝓportionē tū ledit. ergo per duplū ledet duplū ⁊c. sed calori preter naturā cuicunqz inquātū calor preter naturā nō ꝓhibetur additio ultimata ⁊ sic facit priuationē operationū. Si aūt ꝓhibeatur talis additio est inquantū talis calor: uerbi gratia in quantū effimere calor uel inquantū talis tertiane in tali ⁊ tanta materia. difficultates autem arduas circa predicta cadentes require in predictis questionibus nostris. Deinde dixit.

De diffinitōe ⁊ gñib⁹ febris. Cap. i.

Ebris est calor extraneus accensus in corde ⁊ procedēs ab eo mediantibus spiritu ⁊ sanguine ꝑ arterias ⁊ uenas in totum corpus: et

d Accensus in corde. Nos iā declarauimus in questione plixa: ⁊ dixim⁹ q⁹ in toto corpore est una caliditas naturalis: que est principiū oīum operationum totius corporis: principiū dico imediatū. ⁊ ista est sanitas cōplexionalis totius ⁊ diximus ibi q⁹ ipsius caliditatis cor est principiū primū: a quo alia recipiunt illam saltē quantū ad unā partē illius caliditatis: ⁊ diximus q⁹ isti caliditati accidit distēperamentū per caliditatē additā extraneā: que caliditas addita extranea est febris. Et diximus q⁹ ex his sequit q⁹ febris sit prima passio cordis. deinde tot⁹ corporis reliqui. Et diximus q⁹ sequitur ex hoc q⁹ febris ledat omnes operationes totius lesione per se: ⁊ immediate. Et declarauimus q⁹ sīla Auer. ex hoc est ualde bona cū dixit q⁹ febris ledit omnes operationes. Et apparet ibi declaratū q⁹ antiqua ratio que probat q⁹ epar potest esse primum subiectū febris nō soluit a precedentibus magistris. sed soluit ꝑ predicta quia calor epatis datus mēbris nō est pro oībus operationibus totius corporis: ⁊ ideo distēperantia data a calore epatis: licet possit totius corporis operationes ledere per se ⁊ imediate non tamē potest ledere omnes operationes totius. s. sed omne genus operationum. Et hoc dico per se ⁊ imediate q⁹ requiritur ad morbi rationē. ⁊ in illa questione mouimus sex difficultates difficiles: quas ibi lege. Albertus uero bononiensis ex hoc q⁹ dixit: Accensus. uult q⁹ in omni febre putrida humores cordis sunt in calefacto esse. si enī in omni febre calor est accēsus in corde. ergo in putrida febre calor est accensus: ⁊ nō est ibi in accendi. sed uel in membris: ⁊ tunc esset ethica. uel in spiritibus ⁊ sic effimera. relinquitur igitur q⁹ i humoribus cordis calor putride febris sit accensus. Nos aūt iā ostendimus cōtra eū in questione nostra: q⁹ omnes rationes sue bene intellecte sunt contra eū: ⁊ cū hoc etiā nihil concludūt pro se. nā si calor extraneus hic in diffinitione positus est qualitas que est morbus: ut ipsemet confitetur. tunc accensū esse in humoribus non est q⁹ in hac diffinitione ponitur: quia calor in humoribus accensus nō est morbus sed causa morbi. Errat etiā in hoc uocabulo accēsus: quia nō dicit omnino factū esse. sz respectu ethicaz ⁊ forsā effimeraz in quibus calor in corde est in accēso esse. s. in mēbris in ethica ⁊ forsā in spiritibus cordis in effimera: respectu aūt putridarum dr accensus. i. quia accenditur in fieri. s. in partibus uiuentibus cordis. de calore aūt qui accendit: potest dici q⁹ est accensus respectu eius qđ erat prius. sicut ardentibus lignis in foculari dicimus ignis est accensus in foculari: ⁊ tamē est in fieri.

e Procedens ab eo in totū corpus. Cōmunia dicta sunt hec. primo ⁊ instaꝫ non uidetur q⁹ ꝓcedat in totum. quia inueniunt extrema frigida q̄ꝫ. Amplius si p arterias ⁊ uenas ergo quelibet febris erit continua. Amplius sanguis: ⁊ uene et arterie nō uadūt ad omnē particulā corporis. Dicunt q⁹ corde iflammato defertur febris in totū mediante spiritu ⁊ sanguine qui sunt in arteriis ⁊ uenis: ⁊ sic p uenas ⁊ arterias: ⁊ causa est. nā cor per ista mandat calorē ꝓportionatū ⁊ conueniētē: ergo per cadē mandabit calorē improportionatū. ⁊ addit Dy. q⁹ febris eū sit calor innaturalis plus procedit ad corpus per spiritus q̄z per sanguinē: sicut etiā calor naturalis plus procedit per spiritū. Ad cōtraria dicunt ad primū. sicut auicē. infra q⁹ itelligit q⁹ uadit febris ad totū nisi fuerit prohibens: sicut lapis descendit deorsū nisi prohibeatur. Ad secundā licet omnis febris portetur a corde ad membra per arterias ⁊ uenas: nō tamē omnis est cōtinua: qa calor febris a causa efficiente ut a putredine nō est semper quia putredo sit in uenis sed quandoqz in uenis qñqz extra uenas. Ad tertiā dicunt q⁹ arterie ⁊ uene totū possunt iflāmare quia partē mediante parte. Nos aūt soleniores dubitatiōes habemus q̄z iste sint. Et prima est utrū qñ homo est prope mortē ex febre occidente per mā resolutionis spirituū a corde uñ habet extrema frigidissima ⁊ hanc litū frigidū dicatur febrire. ⁊ habere morbū calidū in manibus que frigidissime sunt ⁊ in corde in quo facta est iā extinctio naturalis caloris cui cōmensuraī accidentalis. ⁊ iā iste est minus calidus in gradu caloris q̄z qñ erat sanus. Et dixim⁹ in questione plixa q⁹ iste secundū oēm partē corporis potest dici febriens: ⁊ cum hoc potest dici q⁹ habet morbū frigidū priuatione naturalis caloris. Et dixim⁹ q⁹ potest teneri q⁹ extrema non febriat: sed habeat frigidum morbū solū. Secunda est utrū delatio febris possit fieri solo spiritu uel solo sanguine altero istorū nō habente febrem delatiue cū Auice. dicat: Spiritu ⁊ sanguine. ⁊ fecim⁹ ibi istas rationes prima causa ab extra agens potest transmutare cor: et spiritum solum: sed nō humores cū sit effimera: uel solum humores ut cū sit febris pestilentialis. ergo cor poterit solos spiritus transmutaī absqz sanguine. tenet consequentia quia nō maioris uirtutis est cor febriens sup illa duo q̄z causa extrinseca super cor. Amplius potest in spiritibus uenaz ⁊ arteriaz esse dispositio ad iflāmandū ut quia subtiles calidi: ⁊ in sanguine nō erit illa dispositio. ergo spiritus portabit febrē ⁊ nō sanguis. Amplius corde nunc iflāmato iflāmat spū ⁊ sanguinē: sed spiritus prius uadūt ad membra q̄z sanguis. queritur igitur an in illo priori febriat certū est q⁹ sic. Amplius nō uidet delatio in febre necessaria

BIBLIOTECA DE LA UNIVERSIDAD VALLADOLID
BIBLIOTECA DE SANTA CRUZ VALLADOLID
UVA. BHSC. IyR_029

ſupponaſ q ab extra occurrat quidã calor extraneus gradati occupans totũ ⁊ ultimo totũ cor. accipio ultimũ nunc inflammati cordis. prius q̃s ſuper mẽbra calor porteſ. Et quero an febriat certũ eſt q ſic: quia habet calorẽ extrancũ in toto corde: ſed nõdũ eſt facta delatio. ergo iſte rõnes ſũt apparentes ⁊ ſolute a me in noſtra queſtione. concludunt enĩ contrariũ eius: quod credo eſſe uer.

a Et inflammaſ. Declarat hic q febris ſit calor extraneus: ⁊ hoc q: nocet operationibus naturalibus. i. que ſm naturam nobis inſunt ut aĩales. naturales: ⁊ uitales: ut dicit Ysaac in declaratione huius diffinitiõis. ⁊ dirit Dy. q dicit naturalibus accipiendo naturales ut diſtinguũtur contra aĩales ⁊ uitales: quia licz oẽs ledanẽ: tamẽ magis uidenẽ ledi naturales. quia cor eſt magis illaꝛ principiũ. ⁊ tu conſidera hoc quia habẽt ĩpugnationẽ pendentẽ ex principijs medicine. ad que redire nolumus. et quia Auiceñ. innuerat q nõ q̃libet iflammatio eſt febris: ſz inflammatio que operationibꝫ nocet: ideo ſubdit q nõ eſt inflammatio caloris febrilis: ſicut iflãmatio laboratis hoĩs ⁊ irati. qñ flamma in iſtis nõ ultimaſ ĩmo iſti calefiunt ⁊ tũ ſunt ſani.

b Et ipedit. Hic itez declarat quoddã ſm expoſitionẽ communẽ quia dixerat q ledat opationẽ: mult oſtẽdere qua leſione: q: corruptione uel diminutiõe: nõ quia priuet oẽs corporis operationes ĩmo retinentur licz male uel diminute fiant: ⁊ uerificatur hoc diſtũ de oĩbus operationibus ſimul: quia non oẽs auferri poſſunt a febriẽte q: eſſet mors ſed aliqua uel alique poſſunt auferri. uerbi gr̃a deſtruitur qñq appetitus aut nõ uidet. Hos aũt fecimus aliã expoſitionẽ huius paſſus: ⁊ eſt q calor pendens a cauſis primitiuis nõ dr̃ febril ni ſi ſit impreſſus ⁊ retentus ita q nõ amplius dependeat ab illa cã primitiua. ⁊ ibi in hoc auicẽ. cõplacet Gal'. ĩmo de dr̃ils febrium: cũ dicit. Et ſi motus ſteterit ⁊ remanẽt hec preter naturã calida: tũc febrire neceſſe eſt hoiem. Et rõ huius eſt qa ſicut ſanitas eſt diſpoſitio in nobis pure qe ſcens nõ pendens eſſentialiter a cauſa exteriori: ĩmo ſi pendet ab aliqua pẽdet ab hijs que ſunt partes in nobis ut mẽbra ſpiritus ⁊ humores ita morbus debz dici diſpoſitio in nobis que nõ ſit oĩno pendẽs a cauſa primitiua extra. Si enĩ ab illa eſſẽtialiter pendeat nõ dr̃ morbus q̃uis operationes tollanẽ uel impediant: uerbi gratia hijs digitũ ⁊ brachiũ contractũ a ſpaſmo ⁊ habẽs hoc a fune ligante: quilibet habet idẽ impedimentũ operationis ⁊ candẽ malam fiãm: ⁊ tũ qui hz a ſpaſmo habet morbũ ſed qui habet a ligatura, funis nõ habet proprie morbũ quia nõ habet diſpoſitionẽ retentã ĩmo pure dependentẽ a cauſa extra: ⁊ hoc intellexit etiã Gal'. primo de interioribus: qñ nõ uult q ſtomacus ſit infirm⁹ q̃uis nõ digerat oſſa ceraſoꝛ. Contra hũs lapidẽ uel fruſtũ plũbi in uesica habet morbũ ⁊ tũ pendet a lapide qui eſt cauſa primitiua. Amplius lapis eſt cã opilationis qui eſt uerus morbus in uia. Iſtoꝛ ſolutionẽ ⁊ declarationẽ require in queſtione noſtra an ſanitas poſſit iduci per artẽ. In ſũma tũ uerus ⁊ ꝓprius morb⁹ eſt qui eſt qualitas in corpore retenta nõ ſtans in dependentia a cauſa primitiua ĩmo Gal'. in tantũ ꝓceſſit q uez morbũ uocat ſolũ morbũ factũ qui a nulla cauſa pendet in fieri: ut apparet tertio de ac. ⁊ morbo. ⁊ ſic poſſet poni exemplũ de ſanitate. ſi enĩ digiti mei operatio eſſet ſtringere aliquid ⁊ eſſet mollificatus. ſed tu cũ tuo digito aſſociato mẽo faceres q̃ meus digitus caperet nõ propterea diceretur ſanus.

c Et ſunt quidã. Incipit determinare de febribus diuiſiue: ⁊ primo ſm aliorũ ſniam. ſecũdo ſm ſuã ⁊ conſuetã. ibi. ſecũda: ⁊ ꝓcedamus. ꝓma in tres. Prio ponit iſtoꝛ ſniam. ſcõ exẽplificat cã. tertio iſtat contra cã. ibi ſecũda: ⁊ intẽtio. ibi tertia: ⁊ contradicenti. Dicit primo q: quidã hoĩum ſũt. ſ. raſis . xvi. continentis ſcõ ca. ⁊ . xvii. quinto capitulo.

d Et intentio. Declarat quid iſti per hoc intelligũt: ⁊ uult q illa febris eſt egritudo cuius ĩmediata cauſa nõ eſt egritudo. uerbi gr̃a: febris ſequẽs putredinem habet pro cauſa conuncta ipſã putredinẽ: ⁊ tamẽ putredo. ſ. humoris nõẽ egritudo in ſe: ſed illa febris dr̃ accidens cuius ĩmediata cã eſt morbus. uerbi gratia febris cuius cauſa eſt apoſtema nã febris conſequens apoſtema. ſequit aliquid quod eſt morbus. ſ. apoſtema. nã apoſtema morbus eſt ⁊ hoc eſt qõ i ultimo dixit. febris apoſtematis eſt accidens apoſtẽatis: dũ eſt apoſtema: q: exiſtente actu apoſtemate febris ſequit illud ⁊ hoc dixit ſeq̃ns ipz. ſ. apoſtema: ⁊ poſt. i. ⁊ cum hoc apoſtema eſt egritudo.

e Et contradicenti. Hic dat inſtantiã contra diuiſionẽ. ſ. contra hoc quod dicit q febris apoſtematũ eſt accidens. ⁊ primo hoc: ſecũdo oſtendit quid tenendum in hac contradictione. ibi uez. In prima parte dicit q ille qui uellet contradicere argueret ſic. ſi febris apoſtematũ eſt accidens: hoc eſt altero triũ modoꝝ: un⁹ eſt quia ſequat calorẽ apoſtematis uel dolorẽ. ⁊ ex hoc dicet accidens. ſed hoc eſt inconueniens quia tunc multe effimere, eſſẽt accidens. ſ. ille que ſiunt ex dolor ⁊ calore. uerbi gr̃a: ex ira potu rei calide: labore: ⁊ ſimilibus cauſis calefaciẽtib⁹ quod tamẽ eſt falſũ. Secũdus modus eſt qõ febris apoſtematũ dicatur accidens quia ſequit putredinẽ apoſtematis. ſed ex hoc nõ debet dici accidẽs apoſtematis: quia apoſtema ut apoſtema qõ eſt totũ aggregatũ cauſat illã febrẽ p accidens: quia per putredinẽ que eſt pars illius tumoris apoſtemoſi. ſed q̃ p partẽ cauſat. cauſat per accidẽs: uel accidit apoſtemati q̃ cauſet febrẽ quia cauſat p putredinẽ que eſt quid extinſecũ apoſtemati ut apoſtema eſt morbus. ⁊ ſic apoſtema cauſat mediate nõ ĩmediate. Tertius modus eſt q febris apoſtematũ nõ dicat accidens aliquo modoꝝ dictoꝝ ſed alio modo. ⁊ eſt q febris apoſtematis ex hoc dicitur accidens quia per ipſã febrẽ uenit in noticiã apoſtematis ⁊ ĩueſtigamus per febrẽ eius notitiã. ſicut accidentia ducunt in noticiã egritudinũ: ⁊ hic etiã tertius modus nõ ualet: quia per febrẽ putredinis ĩueſtigamus ipſã putredinẽ ⁊ in noticiã eius deuenimus: ⁊ hoc intelligit cũ dicit ſi nõ ſignificaueꝛit per febrẽ accidens hoc. ſ. ſed altez duoꝝ dictoꝝ modoꝝ immo nõ intellexerunt per eã. ſ. febrẽ accidẽs niſi q ipſa ſequitur apoſtema. i. niſi q ipſa eſt accidens apoſtematis per hoc ⁊ pro: ideſt uel pro quia inueniunt per eam febrem inuentionem apoſtematis. i. ueniũt in noticiã apoſtematis. ergo ſimiliter eſt diſpoſitio ⁊c. Dubitatur aũt de hoc q inſtantia nõ uidetur ualere. nã ſi per febrẽ inuenio apoſtema: tunc per eã inuenio morbũ. ⁊ ex hoc poteſt dici accidẽs. ſed ſi per febrẽ inuenio putredinẽ nõ inuenio morbũ ſed cauſa quia putredo eſt cauſa. ⁊ ſic talis febris ſequẽs putredinem ſine apoſtemate eſt morbus. Dicendũ q Auic. dereliquit notã ſolutionẽ iſtius ex hoc qõ dixerat: habẽs etiã pro noto qõ per febrẽ ſequentẽ apoſtema nõ inuenimus ꝓprie niſi modũ putredis apoſtematis non apoſtema ſm ſe. uerbi gratia apoſtema epatis colericum nõ ꝓprie inuenitur per febrẽ: ſed cũ ex febre et alijs ſignis eſt datũ iudiciũ q ſit apoſtema in epate tunc tu iudicas q materia ſit colerica illa que putrefit: quia iſta febris eſt tertiana continua. inuenis ergo putredinẽ apoſtematis per febrẽ tunc ſimiliter eſt diſpoſitio febriũ putredinis ſine apoſtemate.

f Uerum occupatio. Uult qõ nõ occuperis i hac contradictione: qa nihil confert in medicina ſolũ enĩ eſt queſtio i hoc an febris ſequens apoſtema poſſit dici accidens: ſed ſi tu cognoſcis illius febris naturã ⁊ etiã apoſtematis: ⁊ ſcis cauſationes cure ſiue illã uoces accidens ſiue ſubſtantiã: ſiue morbũ. nihil tibi confert uel nocet in medicina nõ enĩ de nominibus debemus diſſceptare: ut. ſ. li. ꝓmo ſen ꝓma. c. de uirtute aĩali.

g Et facit eum ꝓcedere ⁊c. Quia conabatur nelle inquirere an idẽ poſſit eſſe morbus ⁊ accidens: an apoſtema per rationem totalitatis ſue poſſit cauſare febrẽ an putredo in apoſtemate que cauſat febrẽ ſit morbus in ſe: ⁊ multa alia ad que cũ ꝓcedit ponit multũ tempus: ⁊ ſic impedietur.

h Fortaſſe. Nõ ſit homo qui bonitate ĩtellectus ⁊ exercitio: cito ab hijs queſitis ſe expediat: ⁊ forte oportebit eũ tranſgredi medicinã. Dubitatur an diuiſio febris in febrẽ accidens ⁊ febrẽ morbũ ſit bona: dr̃ qõ ſic: quia Gal'. innuit eã ſeptima particula affo. ſuper affo. ſi febris nõ habeatur a colera. Itẽ Raſis. xvi. cõtinentis. ſcõ caplõ: ubi dicit dico qõ hoc eſt uez ⁊ uiſibile quod quotiens diuidimus febrẽ bipartite ſũt: unde dicemus qõ febres aut ex morbo aut ex accidente erũt. Idẽ ponit libro xvii. qnto capi. uerſus finẽ. Amplius auentzoar. Rñ. Dy. febris dupliciter conſideraꝛ uel in ſui eſſentia ⁊ ſic nõ diuiditur in febrẽ morbũ: ⁊ in febrẽ accidens. quia eſſentialiter eſt morbus ⁊ ideo eſſentialiter nõ poſſe accidens: cũ iſte ſint rationes diſtincte. uel conſideratur febris in cõparatione ad medici noticiã ⁊ operationẽ. ⁊ ſic poteſt febrẽ diuidere: nã illã febrẽ uocabit accidens que ſequitur morbũ aliũ. nã curabit illam febrẽ cura accidentis. ſ. intendendo ad morbũ ad quem ſequitur febris. Alia rñſio eſt quã ego alias dedi: qõ hec diuiſio eſt bona quia utilis medico. ſm enim eam uariat curã. ⁊ ideo Auiceñ. ſtatum concedit iſtam diuiſionẽ ſicut conſuetam. tamẽ nõ debet dici bona: quia ſit principalis eius diuiſio. nã ꝓncipalis ⁊ ꝓprior diuiſio eius eſt in prima eius genera tria.

i Procedamus. Hic ponit diuiſionẽ ſm ſuã ſniam: ⁊ primo ponit diuiſionẽ in genera prima ⁊ principalia. ſcõ ponit diuiſionẽ nõ principalẽ. ibi ſecũda: ⁊ diuiduntur. prima in duas. primo affirmando diuiſionẽ predictã premittit fundamentũ quo diuidit febrẽ in genera prima. ſecũdo diuiſionem facit ibi: nã ſi. per febrẽ opilationũ intelligit. quãdo ĩmediate: non quando mediante putredine. per febrẽ apoſtematũ ⁊ opilationũ intelligit ſequentes etiã alios morbos ut ulcus pulmonis. ⁊ quod dicit: procedamus ſecundũ illud quod conſuetũ eſt. refertur ad diuiſionẽ dictam ⁊ ad dicendam. ad dictam quidem: quia conſueta eſt ⁊ utilis medico. ideo nõ obſtante contradictione facta affirmemus eam dicentes qõ febres ſequentes morbos ſunt accidens. ⁊ alie ſunt egritudines. Sed rationẽ contradicentis Auicẽ. non ſoluit: quia uez concludit ex natura rei: medico tamen conceditur qõ egritudinẽ uocet accidens. ⁊ hoc affirmato tunc ponamus diuiſionẽ principaliorẽ. Et apparet qõ ad dicẽdã etiam refertur quia eſt conſueta. ſ. qõ febris diuidatur in prima tria genera: q diuiſio nõ habet minus de contradictione q̃s diuiſio prius dicta: ſz quaſi d. quia conſueta, cõcedamus cã: ⁊ tunc ꝓſequitur dicens.

k Quoniam ⁊c. Et quaſi arg. Sicut Gal'. primo de differentijs febriũ. prime partes corporee in nobis: ⁊ prima ſubiecta naturalis caloris ſũt tres uel tria. ſ. membra humores ⁊ ſpiritus. ergo tria ſunt ⁊c. ſecũdo ponens antecedens declarat per ſimile in partibus balnei. ſecũdo ponit cõſequens generale ⁊ declarat reducendo exemplũ foll' ⁊ balnei ⁊ olle coci. ibi ſecunda. Nam ſi accendatur. Sed dubitatur: quia plura alia uidenẽ in nobis ut pili ſuperfluitates elemẽta ⁊ alia. Dicendum qõ tria ſolum ſunt in nobis que ſunt fundamenta immediata caloris naturalis: ⁊ partes in nobis ſcilicet humores ſpiritus ⁊ membra: ⁊ ideo penes hec tria diſtinguetur calidum ꝓter naturã. elementa ergo ſunt potentia in nobis ⁊ mediatũ

UVA. BHSC. IyR_029

subiectū pili antē sunt extrīnseci ⁊ nō partes proprie: superfluitates etiaz non sunt ꝓprium subiectū caloris naturalis: nec ꝓprie partes nisi per reductionē quandam. Ex quibus potest iferri qō febris accensa in sanguine uerius habet esse febris qz accensa in colera. ⁊ proprie in colera superfluca chilis fellis.

a Humiditas. Nō dixit humor ut comprehenderet humores ⁊ humiditates ⁊ forsan chilum.

b Uapores effusi. Dixit prō uaporibus qui nondū sunt spiritus: ut in sinocha sine putredine: ul' qui sunt corrupti spiritus: uel nō ueri spiritus.

c Et aer. Per hoc ul't Auicē. ostendere quod sicut una pars balnei ō qua forsan minus uidetur pōt calefacere alias ut aer calidus pōt inflā mare parietes ⁊ aquam balnei uicinantes aeri: qbus essent frigide: sz paries ⁊ aqua. ita eodē modo una de istis partibus nris: uerbi gratia spiritus possint inflammare alias partes ⁊ sic etiam membra ⁊ sic humores: ⁊ hoc est qō subdit similiter ⁊c. genꝰ corporeū quia bene inuenitur genus incorporeū: ut cōplexio ⁊ uirtus.

d Maz si. Declarat cōclusionē siue cōsequēs: ⁊ dat modū cuiusqz generis febrium: ⁊ primo ethice ⁊ dicit: si accenda tur accensiōe prima qa primo i membris: ⁊ hoc dixit ut daret exēplū de hac febre sola: ⁊ nō complicata alteri generi febriū: ⁊ ita dixit de quocunqz alio genere semp replicans hoc accensiōe prima ethica. i. habitudinalis quia habitudinaliter inest: ul' quia habitū corporis ⁊ fixas partes possidet. Deinde dedit exemplum de febre humorali: ⁊ dixit si accēdatur ⁊c. ⁊ dixit febris humoris ut cōprehēderet putridas ⁊ nō putridas lz Gal. ix. ter. ꝑmo .c. pōit sinochas sine putredine quasi medias inter febrē putridā ⁊ effimerā. Deinde dedit exemplū ephimere: ⁊ dedit cām notationis quia perdurat una die: ⁊ raro per transit. Dicitur ergo ephimera ab ephimeron pisce quia una die uiuit: ut Ysaac secūdo febriū. ꝑmo cap. ⁊ dedit etiā cām parue perdurationis: quia calor accenditur in re subtili. s. spiritib? uel uaporibus: qui sunt corpora uelocis resolutionis: ⁊ experientia est inuentū qꝺ hec resolutio completur una die. aer ⁊ ignis. i. aer ignitus. Considerandū aūt ex uario modo loquendi Auic. qꝺ ad esse ethicā sufficit calorē esse accensū in membris: nec requiritur qꝺ accendaē calor in humoribus uel spiritibus: ⁊ iō absolute ꝓtulit qꝺ ethica est si calor accendatur in membris radicalib?: q̄ ꝓprie membra sunt contra distincta pinguedini ⁊ adipi ⁊ forsan carni: saltem alicuius modi carnis. Sed tu dices quomodo ethica defertur: dicendū qꝺ requiretur qꝺ calefiāt spiritus ⁊ humores nō ad esse febris: sed ad deferri. sed deferri nō est de essentia febris: sicut nec ō essētia grauis est esse deorsū: sed posse esse. sed post primū delatū esse in ethica nō requritur aliud deferri: qō nō contingit de putridā ⁊ ephimera ut notum est cū sint fientes in membris: sed ad esse putridā humoralē uel ephimerā nō sufficit accēdi calin in humoribus nel spiritibus: sed oportet qꝺ eride transeat ad membra: aliter nō esset febris cū membra sint que uiuant. et ideo dixit si accendatur in spiritibus. Deinde accendatur in mēbris quāmis addiderit ⁊ humoribus: qō nō erat necessariū ad esse febris ephimere: licet necessario sequatur. Deinde conclusit hec ⁊c. quod declarabitur in questione.

e Et diuiduntur. Ponit aliā uel alias diuisiones: alio modo. s. non sic proprio uel nō primo. s. nō ad prima genera. ⁊ ponit diuisiones. 7. prima: febres alie acute. s. absolute: alie nō acute: scilz acute comersiue, alie crōice. ⁊ aliter posset intelligi hec diuisio nō est prima ut patet nec principalis: quia potest inesse acuitas ex diuersitatibus quibusdā accidentalib? ut subtilitate: caliditate: ⁊ multitudine materie: ⁊ loco. Sed a diuisio alie nocturne alie diurne. hec etiā diuisio ē accidētalis ab hora motus sūpta ⁊ potest reduci ad naturā humoris uel ad quantitatem: ut posterius erit manifestū in suo caplo. Tertia diuisio est: quedam sunt salubres recte. i. dīno: quedā in quibus dubitatur ꝓpter praua accidentia. hec etiā diuisio est ab accidentibus ⁊ priuatione eoz: licet radicaliter sequatur manerie febris. s. malignitatē suā uel bonitatē. Quarta diuisio est per continuā ⁊ interpollatā: que diuisio nec prima nec essentialis est: ut patet. Quita diuisio est subdiuisio: in qua inuit tres species sinochaz. s. semper diminuentes que dicuntur peraugmastice cū dixit: quibus sunt remissiones. et semper addentes que dicuntur augmastice cū dixit: quibus sunt intentiones. ⁊ quia additio uel est in essentia caloris: uel in accidentibus: ideo dixit intentiones uel intensiores: quantū ad calorē febris. fortiores uel fortiones quantū ad accidentia. Tertia differentia est hōtenus dicta equaliter stās: ⁊ ideo subdit. de eis sunt similes: ⁊ talis diuisio nō est prima. forsan qꝺ uoluit ꝓ hoc aliam diuisionē continuarum. s. qꝺ continue quedam sunt proportionales interpollatis quia remittuntur: ⁊ iterū intenduntur: ⁊ fortificantur: ⁊ quedam continue sinoche: ⁊ ideo de eis sunt similes: idest sinoche siue sint similes in addēdo: siue similes in diminuendo: siue equaliter stando. ⁊ forsan cum dixit. de eis sunt similes: uult ponere aliam diuisionē sextam: ⁊ est qꝺ febriū alie sunt similes idest non habētes typū: alie sunt habentes rigorē ⁊c.

f Et de eis. Ponit diuisionē septimam. ⁊ patet. Ex dictis superius sumptis uolo eē notam solutionē ad questionem an febris sit calor: ⁊ an calor preter naturam: ⁊ an additus: ⁊ an sit cordis passio. Dubitaē hic utrum febris sit morbus unus: uidetur qꝺ nō quia est mala cōplexio calida ⁊ sic: ut in cōmento affo. humide diete. ⁊ in practica canticorum. lxviii. cantico. ⁊ in pluribus medicine locis subiectū est multipler ⁊ nō unum. s. corpus. In contrariū: quia Auicē. dixit est calor. Respondet Anto. qꝺ febris amodo sue compōnis est morbus unus sicut apostema: ⁊ ideo siccitas stat sicut materiale calido ēt ex hoc habet unā diffinitionē: sed a suis componentibus est morbus compositus. s. calidus ⁊ siccus: accipe istam solutionem si placet. Alia est responsio Dy. quā bononienses sequuntur: et est qꝺ fe. est morbus unus. quia febris est fiens uel facta: sz fiēs est morbus unus: quia mobile unum. s. cor. mouens unum. s. corpus calefaciēs si fiēs ē morbus unus. ergo facta. Item quando aliqua sic se habent qō sequunt se i aliquo effectu unū per se reliquū per accidēs: unū nō est de essentia alterius: sz cū febrem sequaē per se calefactio siccitas aūt sequitur ad calorez. ergo siccitas nō est ō illius essētia. Contra primū mobile ē dupler. s. cor ut calefactibile: ēt ut exsiccabile. mouēs dupler. s. agens: calefaciens: ⁊ exsiccans. uerbi gratia colera quandoqz.

Contra secundū exsiccatio colere nō sequitur necessario calefactionē. Amplius licet siccitas sit per accidens in conseqn do calorem: tunc magis faciet unū per aggregationē cū eo: et licet accidat calori: nō tamen accidit ei. s. siccitati per se ledere operationes. Dicamus ergo tria. primū qꝺ febris essentialiter est morbus unus. ratio: febris est distemperamentum in calore naturali. sed ad eē distemperamentuz sufficit sola qualitas calida omni alia qualitate circumscripta. s. humida uel sicca: ergo ⁊c.

Secundū qꝺ febris in re nō reperitur ꝑm plurimum nisi compositus morbus: ⁊ nō est una sicut si dicerem albedo est una qualitas: sed nō reperitur in esse una sed semper coniuncta alteri. uerbi gratia calido ul' frigido uel alteri qualitati: ratio. quia calor excedens statim exsiccat: ⁊ una exsiccatio que statim febri coniungitur est per spirituum resolutionem quam statim facit. Oportet autē imaginari: qꝺ in omnibus membris est modus humiditatis naturalis siue sanatiue per presentiam corpulentie spirituū: qui sunt corpora humida de natura aeris ab hac ergo exsiccatione nō uidetur febris absolui nisi raro. nō solum autē fit hoc a sicco: sed fit a calido siccāte humiditates alias membrales: ⁊ quādoqz fit exsiccatio quia causa faciens est sicca: ut colera uel mlia. Tertiū qꝺ dicimus est qꝺ si est possibile imaginari esse febrem solā distemperiem in calore absqz distemperie i sicco est: quia nō quelibet siccitas morbus est. si ergo sit homo habēs multos spiritus ⁊ eos grossos aduenīente febre stabit aliquo tempore distemperies in calore antequā exsiccetur spirituū resolutione. etiā si sit aliquis superflue humidus: etiā febris non faciet statim illū cadere in morbū siccum. nec etiam causa febris. Auctores igitur qui uiderūt essentiā febris dixerunt qꝺ est morbus calidus: qui autē uiderunt illud quod plurimū de facto contingit dixerunt qꝺ est morbus calidus ⁊ siccus. Ad rationem dicendū qꝺ questio nō querit de unitate uel multitudine ex parte subiecti: quia esset questio de unitate partiū aialis: sed querit de unitate in essentia febris an sit una qualitas uel due.

g Irerunt. Cum posuit diffinitionem ⁊ diuisionem febris ostendit que corpora sunt magis parata ad febrem: ⁊ hoc primo. secūdo que nō parata. ibi secunda: ⁊ corpora frigida. Ponit ergo primo quattuor ordines. in primo sunt corpora calida ⁊ humida proprie quando humiditas est abundantior caliditate. Dixerunt. s. Gal. primo de differentijs febrium. ⁊. 8. ter. Rasis. xvi. continentis. secundo cap. causa est quia habent materiā: ⁊ efficiens putredinis: que sunt calor ⁊ humiditas: ut in cōmento affo. tertie particule. de horis uero liquidem hiems sicca. Dubitant quia dicit si humiditas fortior. naz multitudo humidi preseruat a putrefactione. quarto metha. dicitur qꝺ multitudo humidi que sicut multiplicatur etiam multiplicatur calidum regulans. nō concēatum est causa defendens a putredine: sicut apparet in multitudine aque maris uel fluuij que reguntur calido continentis. sed multitudo humidi qua calidū regēs suffocatur est causa putredinis: sicut apparet in humoribus nostris: ⁊ ideo homo calidus ⁊ humidus cum humiditate multa aptus est putredini. unde fetent ereumtia eius: ut hic Auicen. ⁊ Galie. 8. ter. septimo capitulo. In secundo ordine sunt corpora calida ⁊ sicca que acuitate humorum sunt apta incurrere colericas febres: quia tamen sunt corpora faciliter inflammabilia ⁊ spiritus habētia igneos: ideo

UVA. BHSC. IyR_029

prius ephimeram incurrunt: ⁊ quia sunt resolubilia exsiccatiua io etiã parata ad ethicas. Et considera q⁹ Auicen. nõ ponit ordinẽ in forma loquendi iter ista corpora quia nõ dixit hec corpora calida ⁊ sicca sunt. post illa: quia forsan difficile est iudicare que de eis sunt magis dispositа. calida enĩ ⁊ humida sunt magis dispositа putredini: sed calida ⁊ sicca incendio. In tertio ordine sũt corpora calida tẽperata in humido ⁊ sicco: ratio q⁹ hũt spiritus aptos incendio ⁊ melãcolicos ꝓpter habere multã caliditatẽ cũ temperamento humiditatis: que cõformis est spiritui multiplicationi qui sũt ꝓprie spiritus cordis plus calidi q⁹ sũt humidi. In quarto ordine sunt corpora excedentia in humido temperata in calido et frigido. Sz dubitatur quia calida ⁊ humida cũ multa humiditate erant corpora iter omnia magis parata: quia prima corpora de paratis ponunt: sz corpora humida superflue temperata in calido magis illis appropinquãt. ergo dicẽdũ q⁹ corpora calida temperata in passiuis sunt parata magis ad febres ephimeras: a quibus icohãtes permutatur ad putridas: quia excessus etiã caloris facit putredinẽ cũ sufficiẽter habeat de sanguine in corpore ⁊ alijs humoribus cum illo. sed corpora superflue humida temperata in actis sunt magis parata ad putridas ⁊ ideo dixit q⁹ alia corpora calida temperata in humido incohatiue non sunt parata ad febrẽ putridam: quia incohant plus cũ ephimeris sz humida corpora in actis incohant cum putridis. hec omnia Auicẽ. innuit. Corpora aũt idispositа sunt frigida ⁊ humida ⁊ frigida ⁊ sic. Sed tu dices que de istis corporibus sunt magis indispositа. dicendũ q⁹ ad ephimeras corpora frigida ⁊ humida per se sunt magis indispositа: quia magis remota ab incendio simplici: sz ad putridas sunt magis indispositа corpora frigida ⁊ sicca. Sz tu dices obmisit de cõplexione temperata: ⁊ de cõplexione frigida tũ ⁊ de sicca tũ. dicendũ q⁹ dedit itelligere q⁹ cõplexio temperata plus resistat causis egritudinis. frigidã aũtẽ tũ intelligit ordinari post frigidã ⁊ sic. ⁊ ultimo siccã tũ in resistentia uel forsan eõ trario. ⁊ Gal. etiã ordinauit illã in octauo ter. Et cũ queritur que corpa sunt magis parata ad febres: dicẽte hic Auicẽ. q⁹ calida ⁊ humida: sed ifra cap. de ephimeris q⁹ calida ⁊ sicca. ⁊ Gal. hoc affirmauit octauo ter. Respondetur una uoce a precedentibus q⁹ in febre consideramus lapsũ ⁊ causã lapsus. lapsũ aũt considerамus in generali ꝓm q⁹ febris est calor extraneus cũ siccitate: ⁊ ut sic paratiora corpora sunt calida ⁊ sicca. deinde calida ⁊ humi. ⁊ tu subsequenter ordina: ⁊ ratio est: quia talia corpora conformiorẽ habent complexionẽ febri: ut febris. Consideramus etiã lapsũ in speciali quantũ ad prima genera: ⁊ tunc in putridas febres magis cadunt calidi ⁊ humidi: sed in ethicas ⁊ ephimeras calidi ⁊ sicci. Consideramus etiã lapsũ adhuc magis specialẽ: ⁊ tunc in sanguineã febrẽ cadere paratiores sunt ea. ⁊ humi. in colericã ea. ⁊ sic. in melancolicam frigidi ⁊ sicci: in flegmaticã frigidi ⁊ humi. Si aũt consideramus cãm lapsus cũ sit: ut frequentius dupler. s. extrinseca: que ut plurimũ est calor ⁊ res calefacientes ⁊ ut sic corpora calida ⁊ sic. sunt magis parata. sed causa intrinseca est putrefactio ad istam paratiora sunt ea. ⁊ humi. corpora. Ista aũt dicta multas habeant instantias quas ut breuis fiã obmitto. Et forsan quia hic quesitũ est de febre ut febris: ⁊ tunc responsio nõ est de febre ut febris: sed de hoc genere uel illo: quia respondere de febre ut febris nihil de facto ponit in re. ⁊ respondendo de uno quoq⁹ genere ⁊ quacunq⁹ specie nõ habet dubiũ quesitũ. ⁊ ideo Auicen. dixit diuersum: ⁊ tu considera.

f Ebriũ hore. Cũ determinauit de paratis ad febres determinat de horis eaz: ⁊ temporibus. ⁊ primo notificat ea. secũdo ponit signa. ibi secunda: cognitio. prima in tria. primo ponit diuisionẽ. secũdo declarat. tertio addit cañ. completiuos. ibi seda: ⁊ principiũ. ibi tertia: ⁊ status quidem diuersificatur. Consideranda primo q⁹ determinatio de tẽporibus morbi proprie pertinet ad tractatũ de febribus humoralibus: quia illis ꝓprie debent tẽpora cũ sint febres fiẽtes proprie: tamẽ quia improprie competere possũt ethice ⁊ ephimere: sz magis improprie ethice q̃s ephimere: ideo sermonẽ de horis febriũ posuit hic in generalibus sermonibus. Considerandũ etiã quosdaz hic disputare an ois morbus habeat tempora ⁊ an ois febris. nos aũtẽ excusamur ab hoc per scientiã principioz medicine: disputauimus enĩ fen secũda li. primi. ⁊ ibi ostendimus quomodo successiuis applicat tempus: ⁊ quomodo ꝑmanentibus. Considerandũ est etiã q⁹ declinatio quedã est uera: ⁊ in hac nõ continet mori: ut probat Gal. tertio de crisi. qnto capitulo. ⁊ hoc quia ipossibile est egrũ mori hora qua uirtus perfecte uincit: sed uincit in declinatione uera. Amplius in fortiori hora nõ deficit. s. in statu. non igitur in debiliori poterit deficere. Si aũt declinatio sit fla cõtingit in ea mori: ⁊ hoc est quia subtile materie resolutuz est ⁊ remansit grossũ prauius q̃z ut multũ in hemitriteis accidit: ut ifra fen secunda. cap. de signis diuersoz generum. uel est ꝓpter conatum uirtutis prope mortẽ: ut accidit ei qui cũ erigit caput moritur. tertio cañ. fen. xi. cap. de sincopi uel ꝓpter permutationẽ materie cũ enim est in ꝑmutari uidetur aleuiatio: sicut accidit cum squinãticus fit periplemonicus: uel est flegma quia calor naturalis est resolutus: ⁊ uidetur cessare febris cũ potius cessauerit naturalis calor: uel q⁹ q̃z uirtus multam materiã cuacuauerit: ⁊ paz de morbo remanserit. equiua lenter tamẽ consumpta est uirtus: ⁊ resolutio est facta: ipugna q⁹ simul cum illo pauco morbo q remãsit calor ꝺficit: fuit ergo uictoria uirtutis uictoria katimica ut conciliator differentia. cvij. de qua fit mentio primo de creticis. octauo cap. ⁊ exponitur libro sectaz secũdo. xij. cõmento. katimus enĩ rex fuit habens duos filios: qui inter se pugnãtes mortui sunt ambo. ⁊ ꝑm hunc modũ cõcessit Auer. tertio. collz in declinationẽ uniuersali posse infirmũ mori. q⁹ aũt extrinsice cẽt noui morbi superuentus possit esse causa mortis nõ est dubitandũ: ⁊ hoc intellexit Auicen. cũ dixit propter id quod dicemus. s. fen secũda huius: capitulo de horis mortis: de causa cõmuniter ideſt de causa mortis cõmuniter contingente in declinatione: que etiam in alijs temporibus contingere põt.

ab. Et principiũ. Et hec pars habet quattuor sicut quattuor sunt tempora. Cõsiderandum q⁹ hec notificatio principij potest esse cõmunis principio uniuersali ⁊ particulari: utrobiq⁹ enĩ suffocat calor a materia: sicut ignis pauce flãme submissis lignis humidis: ut Gal. secũdo de differentijs febriũ: loquens de principio paroxismi dicit. Sed contra quia paroxismus potest aduenire in statu i quo materia est digesta: ⁊ ipse dicit q⁹ in principio nõ apparet uestigium maturatio nis ⁊c. Dicendũ tripliciter primo q⁹ ista notificatio debetur principio paroxismi quantũ ad hanc partẽ que dicit prefocatur a materia. hoc enim apparet in principio paroxismi: unde ex hoc accidunt typi in pncipio uniuersali morbi materialis proprie febris. accidit etiã subculcatio caloris sub materia cũ nondum sit a calore naturali nec accidentali expansa: ⁊ iõ pulsus profundatior est. ⁊ in quibusdã apparẽt typi ut in ɔtinua flegmatica dicta lactica. ex quo apparet q⁹ puerilis est expositio eoz qui dicunt calor prefocatur a materia. i. appet nocumentum operationum: quia egritudo est in actu: ut dixit Auer. tertio collz hec enĩ notificatio principii generalis est scita ex primo libro. fen secũda. sz hic oportebat notificare principiũ febrium materialiũ: ⁊ notificatur ex habitudine caloris ad materiã ut hic fecit. Secũdo dicendũ q⁹ licet materia i statu uniuersali sit digesta tamen eius motus i pncipio paroxismi est suffocatiuus caloris ⁊ concluſiuus: taliter q⁹ etiaz apparet in pulsu. pfũdatio: ⁊ in urina subtilitas

⁊ ꝓprie ab ephimera.

De horis febrium. Cap. iij.

Ebrium bore sunt sicut reliquarum egritudinuz: principium: ⁊ augmentum ⁊ status apud ultimũ: ⁊ declinatio. Et sunt quandoq⁹ particulares cause cuiusq⁹ ꝓprisimi: ⁊ timor est a principio usq⁹ ad statum: apud declinationem uero non moritur eger ex ipsa febre: nisi ꝑ id quod dicemus de causa communiter. Et principium quidem est hora: qua calor naturalis prefocat a materia submer

Tertio dicendũ est q⁹ plus mihi placet: q⁹ materia faciens paroxismũ in statu uniuersali nõ est illa que est digesta: sed noua materia que mouetur: ⁊ tu hec considera.

Dubitatur an in principio totus febris possit apparere signũ cõtrarium digestioni. uidetur q⁹ sic: quia potest apparere urina nigra uel uiridis. Amplius potest homo in principio mori: sed hoc est ex materie malicia omnino. In contrariũ Auicẽ. dicendũ q⁹ signũ digestioni cõtrariũ. quoddã dicitur cruditatis signũ: ⁊ illud est contrariũ actu nõ aptitudine: ut urina cruda. quoddã est signũ uere contrariũ digestioni priuãs illam actu ⁊ potentia ut urina mala nigra aut uiridis indicãs materiã eẽ talẽ actione caloris putredinalis contraria actioni naturalis. dicemus ergo q⁹ in principio febriũ materialiũ putridaz nõ apparet signũ omnino cõtrariũ digestioni nec digestionis: sz appareat signũ cruditatis. ⁊ rõ ẽ: quia ex quo est in principio nondũ calor malus potuit facere manifestaz impressionem in materia: nec etiã calor naturalis. he enim febres uel a principio habent signa indeterminata salutis uel mortis: ⁊ tunc nõdum apparet in materia impressio bona uel mala: uel habent signa determinatiora ad salutẽ: ⁊ tunc etiã nondũ manifestũ signũ apparet impressionis caloris in materia ꝓpter temporis breuitatẽ. ⁊ cũ apparebit separabitur principiũ ab augmento ⁊ incipit augmentũ. uel hũt signa ad mortem: ⁊ tunc etiã nõdũ apparuit manifesta impressio calidi putredinalis i materiã ꝓpter paucũ fuisse tempus in actione: ⁊ cũ apparet incipit augmentũ mortalis morbi. Contra primũ dictũ in augmento morbi sũt indeterminata signa salutis: ⁊ potest cũ hoc apparere signũ digestionis apparens. Contra secundũ: si febris in principia habet signũ ad salutẽ hoc uidetur esse ex digestionis signis. hec enim sunt dantia fiduciaz sanitatis: ut sepe scribit Gal. ꝑmo de crisi. ⁊ in cõmento affo. paroxismos.

Contra tertiũ: si a principio febris est determinata ad mortẽ: ergo signa digestioni cõtraria apparẽt: quia materia est ultime maligna. Ad primũ potest dici q⁹ in augmento in quo apparẽs signa digestionis manifesta sunt determinata signa salutis: ⁊ q⁹ in illo augmẽto homo nõ poterit mori: ex causa morbi: nec etiã ex tali morbo homo nõ morietur si materia sit uniformis uincibilis uniformiter sicut incipit: sz hoc raro contingat inuenire. Ad secundũ dicendũ: q⁹ q̃n a principio febris iudicam⁹ eã salubrẽ est iudiciũ extimatiuũ nõ collectũ ex signo digestionis aliquo sed ex alijs signis multis in unũ collectis. An tertiũ dicendũ: q⁹ signa mortis nõ sumuntur ex signis digestioni contrarijs: sed etiã ex alijs. materia enĩ potest a principio occidere sola quãtitate q̃nis nõ sit maligna. Ad contraria: primo ad primũ: dicendum q⁹ sz urina nigra appareat in principio febris eo istãti quo incipit nigredo uel uiriditas incipit augmẽtum: ⁊ sic principiũ fuit manifeste occultũ breuitate.. Cõtra: potest aliqua febris incipere a materia nigra ut felle nigro uel colera prassina: ut sensit Ysaac febriũ libro quinto. cap. de tertiana. sed tunc pro quocunq⁹ istãti icipiet fe. pro eodẽ apparere poterit talis tinctura urine. Dicendũ: q⁹ talis digestionis signũ. s. talis urina nigra uel uiridis non apparet ex malitia inducta in materia actõe putredinalis caloris: sed ex malicia quã habebat antequã faceret febrẽ: ⁊ ideo hoc nõ debet proportionari ad febrẽ sicut nec contrariũ. uerbi gratia: incipiat aliqua febris ab aliqua materia digesta saniosa. posito q⁹ appareret in principio signũ aliquod digestionis nõ esset ex actione caloris naturalis coniuncti febrili: sed ex dispositione ante febrem. Ad secundũ dicendũ: q⁹ si homo moriatur in principio febris nõ moritur ex additione malicie manifesta facta ui calidi tatis febrilis: quia iam esset mors augmenti ⁊ nõ principij: sed potest mori ex alijs multis causis ex materia ⁊ uirtute notis. Potest dici ⁊ aliter ut innuit in littera q⁹ in principio febris nõ potest apparere signũ digestionis uel contrariũ ex natura febris que tunc incobat uel uirtutis pugnantis contra febrem: sed ex natura materie quam habet ante febrẽ. Et segꝝ ex hoc q⁹ principio febris potest materia esse indigesta nullaz potẽs recipere digestionẽ: ⁊ hoc non erit ex natura febris: quia nondũ corrumpit materiam: sed ex natura materie ante febrem: ⁊ ideo si febris incobet a colera eruginosa. ⁊ queratur utz in principio huius febris materia sit digesta uel cruda. Dicendum q⁹ est cruda quantũ ad hoc q⁹ ẽr posse digeri: ⁊ posse contrarium digestionis recipere: quia impossibile est caz digeri a potentia alicuius uirtutis cuiuscunq⁹ hominis: sed dicitur cruda ex hoc q⁹ nondũ manifesta est actio caloris febrilis qui mõ est neq⁹ actio aliqua uirtutis resistentis illi febri: sz fit manifesta actio alterius male dispositionis ex qua generata fuit ista colera eruginosa. actio tamen caloris febrilis manifestabitur cum transmutabitur illa materia ad peius: ⁊ tunc incipiet augmentũ morbi mortalis: sed actio nature non poterit manifestari cum impossibile sit istam materiã rectificari: sz dicimus q⁹ si cẽt possibilis euasio ab hac febre de colera eruginosa eo tempore quo icipit

UVA. BHSC. IyR_029

augmentū per additionē corruptionis in materia in eo qui debet mori: eo tempore incipit digestio in eo qui deberet liberari: lz sit impossibile li liberari. sed tunc ponatur q aliquis incipiat febrire de materia tantemalicie q nō possit sibi addi malicia: qñ incipiet augmētū huius morbi mortalis. Dicendū q ille morietur in principio febris sine augmēto. Aliter potest dici ⁊ tu considera.

a Et digestio. Cum premiserit generalem cañ. in quo ponit duas primas intentiones euacuatiuas febris putride: ⁊ q̄ quandoq̄z reddit medicus magis ad unam intentionem q̄z ad aliam. hic incipit prosequi curaz putridarū frm has generales intentiones. primo declarat alteram istaz intentionū. secundo ostendit quare quandoq̄z redit ad unam quandoq̄z ad aliam: quādo est. tertio cum quibus ⁊ quomodo perficiunt has intentiones. ſ. quomodo ⁊ cum quibus una: ⁊ quomodo ⁊ cum quibus alia q̄ ad eam redimus ibi secunda: ⁊ quādoq̄z sunt cōtraria. ibi tertia: ⁊ cū infrigidas. Considerandum circa primā partem q̄ qz Auic. dixerat q̄ intentio in medicando has fe. q̄q̄z uertitur ad partem febris ⁊c. habebat uolens prosequi curam tria predicta declaratur. ſ. quid intentio ad fe. ⁊ quid ad causam: ⁊ quando est q̄ nos uerius ad unam: ⁊ quādoq̄z ad aliam. ſ. quid cogat ad hoc: ⁊ cum quibus. fit quodcunq̄z ⁊ qualiter: ⁊ tunc erunt integraliter habite generales intentiones curationis febrīū putridarum: ⁊ completū erit hoc capitulū: ⁊ ideo totum fundatur super isto ꝓmo canone. Considerandum secundo q̄ auic. non ostendit quid sit intentio ad fe. que est infrigidatio uel qua infrigidamus ⁊ humectamus: quia notum est quid est infrigidatio: ⁊ quid humectatio est enim infrigidatio ⁊ humectatio alteratio facta a re infrigidante: ⁊ humectante. nec ostēdit quod sit intentio ad materiam: que intentio est euacuatio: quia notum ē q̄ euacuatio est humoris a corpore extractio: ⁊ ista presupponunt nota ex fe. ⁊ ex primo cañ. remanebat igitur insuper auic. ut declararet nobis quid sit digestio. iam enim dixit: q̄ necesse est: q̄ materia digeretur uel maturetur: ut igitur uocabulorum diuersitas non faceret te errare. dicit q̄ per digestionem intelligit humoris equationē. ſ. ut fiat expulsiōi apt⁹ ⁊ si est subtilis ingrossetur ⁊ econtra. i. q̄ remittatur subtilitas ꝓ ingrossationem: ⁊ grossicies per subtilitatē: non q̄ moueatur de extremo i extremum: ⁊ ideo dixit ingrossa est equatio cum subtilitate: ergo per digestionem intelligit preparationem ad exeundum: siue dicatur digestio siue maturatio. Dubitant hic communiter utruz digestio procedat ingrossando: ⁊ istam questionē prolixe disputauimus: ⁊ notauimus in libro ꝓncipiorū: quia est questio ad principia pertinēs unde exit hec questio a q̄rto methaurorum. Consiliator autem diffuse eam pertractat: communitas autem practicantium transit cum hac solutione q̄ digestio inuatiuo semper procedit ingrossando: ⁊ intelligunt q̄ digestio humorum q̄ digestione fit pars membri semper ingrossatur quia membra sūt quod grossum respectu humorū: dicunt q̄ fiunt pars membri: quia digestio q̄ humores transeunt in spūs: procedit subtiliando: cum spūs sint subtiliores humorib⁹: digestio aūt in nocituo que est preparatio nocitiui expulsioni quādoq̄z ingrossat quandoq̄z subtiliat: phāntes aūt quidā ⁊ nos cū eis sepe dicimus q̄ digestio ut est perfectio humidi. ſ. aquei a calido circunstāte sicco terreoſemp ingrossat: humidum enim per siccum terreuz ingrossat: ut aūt ē sicci terrei transmutatio ut terminet humidum semp subtiliat: quia siccum terreum subtiliatur mixtiōe humidi: ⁊ propter hoc quidem indigā apparent grossiora quia in premordio habuerūt multū aque sicut nucleus amigdole cum considerat quādo est sub forma aque cuiusdā. ⁊ quādo est completus: ⁊ sicut sapa. quedaz autem apparēt subtiliora utputa que a principio sunt ut lapis ⁊ pontica: ⁊ postea fiunt suculenta. hec est abreuiatio eorum que alias diximus prolixe. Considerandum etiam q̄ frm nostram opinionem nulla digestio a natura facta ē p se ⁊ principaliter equatio ad expulsionem. immo est dispositionum conuenientium inductio per actum nutricationis. si posset: ⁊ hoc ē: q̄ per se tē tat natura utēs suis uirtutibus conat enī assimilare quodcūq̄z potest fieri benignum: ⁊ quantū ē capax huius benignitatis: tñ sibi debet de illa ⁊ q̄ non potest ultimo fieri benignum expellit: ut sentit gal. secundo de differentijs feb. primo capitulo ⁊ signum huius ē quia materie putride dat albedinem: unde fit sanies: ⁊ illa alteratio est a uirtute digestiua solidorum membrorum ⁊ primoruz ut gal. intellerit primo ꝓno. ultimo cōmento digestio ergo materie nocitiue facta a uirtute in nobis est factio ⁊ acquisitio aliquarum dispositionum precedentiū actum nutricationis ex hoc accidit q̄ materia disponitur expulsioni uel quia fit substantie magis apte: uel quia fit magis appropriatum obiectum: lz in modo substātie fiat magis inepta: pro declaratione ultima horum require questiōem nostram de maioritate morbi.

b Et quandoq̄z. Hic ostendit quare est q̄ hec intentio quādoq̄z cōuertitur ad partem febris: ⁊ quandoq̄z ad partem aliam. ſ. ad materiam ⁊ quando ē ⁊c. Cā autem huius est contrarietas que est quandoq̄z in istis intentionibus: quia conferens uni nocet alteri: primo ergo ostendit istas contrarietates in generali: ⁊ ad q̄z intentionē medicus magis debet se conuertere secundo ostendit quomodo aliquando non est cōtrarietas ymo q̄ uni confert ⁊ alteri tertio declarādo dictum in generali ostendit ad quid debet se uerti medicus stante contrarietate. ibi secunda: ⁊ multotiens. ibi tertia. Et scias prima in duas primo ostendit q̄ contrarietas quandoq̄z cadit: immo ut plurimū iter illud quo materia indiget de euacuatione ⁊ digestione: ⁊ illud quo fe. indiget de infrigidatione ⁊ hoc quia euacuatiuum ⁊ digestiuum est caliduz ⁊ istū nocet fe. secundo ostendit q̄ cōtrarietas cadit inter id: q̄ conuenit ad infrigidandum: ⁊ illud quo idigem⁹ de mioratō ne materie quia frigidum prohibet materiam minorari: tertio ex hoc secundo cañ. infert alium cañ. ibi secunda. Et fortasse ibi tertia ⁊ fit solicitudo. Considerandum aūt q̄ ex dictis Auic. habetur quare est: ⁊ quando ē q̄ medicus uertit suam intentionem ad unam partem. ſ. fe. uel materiam. Causa enim est contrarietas illarum duarum intentionum: ⁊ tunc se uertit: quando stat illa contrarietas si stat contrarietas q̄ illud q̄ facit cause nocet digestioni: uel econtra necessario. oportet eligere unam istarum intentionum ⁊ operationum eligis aūt illā que est magis timorosa. i. que si obmittatur est de ea maior timor. ideo si tenetur ⁊ obseruetur est de ea maior utilitas: ⁊ minor timor ⁊ minus nocumentuz ⁊ hoc est q̄ dixit obseruetur magis timorosa. ⁊ in hoc aui. ostendit cañ. generalem ad quam duarum intentionem ⁊ operationum medicus ꝺbet se magis uertere an ad intentionem ⁊ operationem circa causam uel circa dispositionem: cuz iste intentiones sibi ipsis oppugnant. ⁊ contrariantur ⁊ cañ. est obseruatio ⁊c. Considerandum secundo q̄ auic. specialem contrarietatem ostendit inter intētionem digestionis. ⁊ euōmis ex una parte ⁊ infrigidatōis ex altera parte. p hoc q̄ digestiuum ⁊ euōtiū est calm ideo nocet feb. Dubitatur utrum euātū sit calidum ⁊ uidetur q̄ non quia cassia tamaridi. ⁊ mirabo. sunt frigidi. Amp̄ hic sermo erit euōne ēt per urinam ⁊ per q̄cunq̄z partem corporis ut post apparebit fuisse de intentione A. sed euacuans per urinam non est necō calm ut semina communia frā. Ddm̄ q̄ euacuatiua leuia ut que euacuant leniendo uel lambendo uel comprimendo non sunt calida sed ea que ponuntur in gradu fortiori. ſ. euacuan⁹ exsoluendo sunt cala: uirtus enī attractiua in eis est fortis ⁊ hoc iuuatur calido: immo plus est ei atributa ut intelligitur quinto. coll̄z. ⁊ auic. nō dixit absolute euātū calz. sed quandoq̄z quia aliquod euātū Dubitatur quare dixit plurimū ddm̄ q̄ hec plītas non est quia in mundo reperiantur plures species rerum que euacuant exsoluendo quam sit species rerum que euacuant leniendo ⁊ lambificando ⁊ comprimendo: ⁊ frm hoc non sunt plura euacuantia per uentrem calida q̄z frigida de spēbus mundi: que sunt nobis medicine. Sed dixit hoc quia plurimū euō materierum in febribus que est appropriata euacuatio fit cum rebus euacuantibus exsoluendo. Dico euacuatio appropriata minoratiua propria uel eradicatiua: quia eradicatiua communis que est quedam exsiccatio dicta apud arabes fit cum rebus que euacuant leniendo: ⁊ lambificando ut apparet. cum ergo Auicenna considerauit solutiua que euacuant exsoluendo secundum q̄ in entibus mundi sunt pauca respectu eorum que euacuant leniendo ⁊ lambificando dixit quādoq̄z quia aliqua ex solutiuis. ſ. pauca numero uel dixit quādoq̄z quia determinato tempore utimur illis. Cum autem considerauit solutiua euacuantia exsoluendo ex parte usus eorum ad uerā minorationez uel eradicationez. quia tales euacuationes ut plurimū fiunt cū medicinis euacuantibus exsoluendo. Dixit. immo ⁊ plurimū. Sz. t. d. debuit dicere immo semper dicendū q̄ accidit aliquando ueram minorationē materierū fieri per medicinas: que euacuant leniendo nō q̄ ipse nature exsoluant: uel q̄ in q̄ntum leniunt exsoluant: sed quia cōmota materia circa intestina accidit materiam propriā fe. simul cū illa sequi i euacuatione. de euacuantibus uero per urinam. i. prouocātibus urinam est notum q̄ plurimum sunt calida imo eliquādo aquosum sanguinis hoc faciunt ⁊ inq̄ntū hoc agunt sunt calide ut intelligitur ex quinto de simplici medicina. ut sunt feniculus petrosilium ⁊ similia. que uero prouocant urinaz. quia ipsa sunt aquea apta labi ad urinā sicut aqua melonis ⁊ cucumeris ⁊ uinuz aquosum: ⁊ similia non sunt calida sed frigida ⁊ humida. sed tu di. semina cōia frigida prouocant urinā: ⁊ tamen non sunt humida: nec fluida. imo sicca nec calida nec frigida. Dicenduz q̄ talia semina cōia. ſ. melonis cucumeris ⁊ simlium uel saluant aquosum uirtuale suorum fructuuz uel hñt partes occultas calidas uel hñt proprietatem: ex quibus cessant contraria. Dubitatur utrū digestiuum materieruz fe. putridarum, sit calidū: ⁊ uidetur q̄ nō: quia aqua frigida digerit materias colericas ut infra dicit auic. Amplius sunt materie que indigent ingrossatione ⁊ hoc fit a frigido. Amplius feb. que plurimū accidit est colera ut secundo de crisi nono capitulo ideo ⁊ plurima digestiua sunt frigida. In cōtrariuz est hic auic. ⁊ intelligitur in tegni ab haly tra. tertio ⁊ nono. In hac questione est solutio tadei in practica disputata q̄ digerens est tripler. ſ. uirtus ⁊ ista nec est calida nec frigida. secundū est calor naturalis qui est calide ⁊ humide cōplonis. tertium ēt dispositio inducta p cibos ⁊ medicinas: ⁊ hec est dupler una est uiarum aptio ⁊ talis fit per res calidas et sic digestiuū est calidū quia frigidū nō dilatat Alia est materie permutatio de qualitate per q̄z erat inobediens: et sic digestiuum potest esse calidum uel frigidum: frm q̄ materia habet qualitatem per q̄z erat inobediens: cui qualitati oppontur qualitas digesti. Hec opinio uera ē cū bene itelligatur. Alia est solutio frusiani qui dicitur plusquam cōmentator integni trac. tertio super illo uerbo sed dicta quod species alterationis: ⁊ uult q̄ digestiuum cause coniuncte sit frigidum ⁊ siccum. in hoc tamen sunt habēde cōsiderationes quas ipse inducit: ⁊ causa est quia q̄ putruit calidum est ⁊ humidū unde auster putredines generat. opponitur igitur ei frigidū ⁊ siccum: misi aliud prohibeat. Sed digestiuum cāe añtis. ſ. cause putredinis est calidum: ⁊ sic cum ⁊ de hoc dicit q̄ loquitur hic princeps: cuz dicit digestiuū est calm. ſ. digestiuū cause putredinis: qua causa putredims est opilatio indigens aptōe. Nos dicimus q̄ dicta huius uiri uera sūt. sed non sufficiunt hic. si enim intelligitur q̄ digestiuum putredinis. i. q̄ contrariatur calori extraneo putredinali est frigiduz uerum dicit: sed hoc non sufficit. non solum enim humor actu putridus habet maliciam caloris: cui nos oportet oppōere: sed habet malitiā substantie cui pl⁹ debetur digestio medici. ⁊ per talem digestionem magis patur expulsioni: q̄z per alterationez frm frigidum. Querendum similiter est an preparans substantiam putridi humoris ad expulsionem sit calidum uel frigidum ⁊ quare dixit q̄ plurimū est calidum. Similiter si intelligit hic uir q̄ digestiuum esse putredi-

UVA. BHSC. IyR_029

nis sit caliduz. i. aperitiū ōpilationū est calidum. uerum dicit. tamen hoc non sufficit nobis in hoc quesito. possunt enim in humore qui est causa aīs esse alie dispositiones per quas pare putredini. que dispositiones indigent infrigidatione: ut quia est nimis subtilis uel nimis inflāmatus. Amplius super primo de. d. fe. ostendimus q licet omnis putrefcō sit aliquo modo coniuncta impedite uel prohibite transpirationi non tamen omnis putrefcō fit necessario propter prohibitam transpirationem. Similiter non omne putridum indigebat apitio calido ut remoueatur oppilatio prohibens transpirationem ut eius causam. Dicamus igitur illō q de facto contingit. ꝛ est primo q materie humorales que causant febrem. si digerātur actione membrorum: ꝛ sine alio auxilio digeruntur calido q: membra cum calido naturali agunt secundo q materie iste si digerentur digestione propria dcā que est permixtio humidi cū sicco digeruntur a calido quecūqz materia sit. talis enī pmixtio est actio calidi ut secūdo collz et ār

duarum rerum. Et fortasse[a] contrarium est illud: qō cōuenit febri de infrigidatione cum eis: que sunt sicut melōes indi ꝛ reliqua olera ei qō conuenit materiei de minoratione. quare ꝓhibet illud dare ea ī potu: nisi ubi nō est materia. Et toi

to metaurorū: agens autē hūc paroxismū pōt eē calor naturaľ diuersus ꝑz diuersa mēbra ut. secōo colliget. Calor tēpatus medicinarū agētiū ad cōfortationē caloris naturalis. et tūc mediate digerūt: uel agētiū imediate ī materia et de his plixe notauimus sup ārto caplo secūdi cañ. Tertio dicam? q digō. i. remotio cuiuscūqz male dispositionis: per qz humor impeditur ab euacuatione potest fieri a calido et a frigido et aperitiuo et ab inspissatiuo. ſm q male dispositiōes materierum requirunt. ꝛ ſm hoc dixit auic. q digestio est equatio: ꝛ in secundo cañ. huius capituli ꝛ in capitulo harum dispositionuz cōprehenditur diminutio materie: qzus āt hoc digestiuū possit eē calidū: ut q subtiliat ꝛ apit et possit eē frūi: ut q ispissat ut plīū tū ē calin: q: ut plīū materie fe. repiūt grosse: ꝛ opilatōes repiūt ut plīū cōiūcte cū putredib? ꝛ grossicieb? ꝛ uiscositatib? materiez. ꝛ hoc accidit pp multā hominū gulositatē. ꝛ idigōez. uñ gñant grossi ꝛ uiscosi humores siue sint frigidi siue calidi. Ad primum contrarium dicendum q raro fit illa cura per frām aquā. q: repitur raro q illa colera: ꝛ alie cōdictiōes repiūtur: frequentius autez reperiuntur materie ꝛ conditiones: qua indicant dari digestiua alicuius caliditatis. Ad secundū dictum q ille sermo ē ualde extraneus qz posuit pluszq cōmentator in tegni trac. tertio super illo per afo. ferunt. ꝛ dicit galie. uoluisse q quando sanguis est calidus: colericus. delatio eius ī omnes uenas est facilis. ꝛ hec dispositio non uidetur adherere intellectui. ꝛ nos dicamus q forsan gal. uoluit q humor colericus est multū aptus inflāmari ꝛ putrefieri ex hoc ꝛ associari omni alii febri ita q quartanarii ꝛ quotidianarii ex calore coz faciunt eracui ꝛ intendi aliqz coleram. unde apparet in talibus fe. exeuntia quandoqz colerica: non autem accidit sic in febribus colericis statim associari putredinem flegmatis: uel melie: siue autem q dixim̄s sit illud q gal. uoluit siue non. Dicamus soluendo ad rationem q si concedatur gal. q fe. que plurimū accidit sit colerica: plus tamen reperitur colerica cum aliqua grossicie ꝛ cum opilationibus coniuncta: qz reperiatur pura subtilis: ꝛ cum dispositione apertionis uiarū.

a Et fortasse. Ostendit illud quod conuenit febri infrigidando contrariatur aliquando ei quod conuenit materie de resolutione ꝛ sicut q aliquando conuenit febri. infrigidando cum aqua mellonis indi ꝛ similibus: ut cucurbite uel cucumeres ꝛ citrulli ꝛ aqua malorum uel prunorū ꝛ infrigidatio talis cōtrariatur ei q cōuenit materie de minoratione: ꝛ ꝓhibentur ex hoc iste aq istorū melonuz ꝛ similiū dari in potu nisi ubi nō est materia: differt igitur hec cōtrarietas intentionū ad predicta: quia in hoc q cōuenit febri nocet materie sed in precedēti q cōuenit materie nocet febri. Considerandū q melon indus ē qui apud nos mellon uiridis uocaī: reliq autē olera sunt reliq fructꝰ cōsimiles ut citruli cucurbita ꝛc. hoc ergo uocabulū olus: apud arabes ē lacius qz sit apud nos. Ala apō nos significat solas herbas. sed apō eos significat etiam fructus: ꝛ ita inuentur sepe ab auic. scriptum ꝛ inuenies huic simile tertio libro fen. prima capitulo de cañ. curationis cerebri ꝛ secundo colliget ꝛ infra capitulo de cura tertiane: q autem in omnibus his sit uirtus infrigidans notum est: ꝛ per hanc infrigidationem ꝓhibet materias ab euacuatione quietando eas. Sed dubitatur quia melon non multū infrigidat. ut ꝓhibeat ab euacuatione. Amplius euacuat q: multum prouocat urinam. Unde ifra capitulo de cura quartane uult q lactucea est frigidior qz sit melon: ꝛ ubi ꝓhibetur lactuca propter infrigidationem non ꝓhibetur melon. uult etiaz q in melone est uehemens prouocatio urine. Dicendū primo q hic loquitur de melone uiridi nō maturo. ꝛ sibi simili ut sūt cucumeres ꝛ cucurbite tenere. ꝛ citrūli non maturi. Sed in capitulo de quartana loquitur de melone dulci. unde dicitur: ibi non ē inuentum sicut in melone dulci. sed melon dulcis est melon maturus: qui dicitur apud nos pepō. i. penpasim passum: quia aliquis crederet q possemus uti melone dulci: eo q prouocat urinam ideo auic. subdit generalem cañ. de eo ꝛ alijs similibus: q omnes tales fructus ꝛ eorū aq postponāt: q: nocent febricitantibus cū ebulitione sua ꝛc. Ala olimus autem hic nobis ad ducī contraditiones de his uocabulis: melō pepon citrullus cucumer. i. anguria. ſm arabes loquimur enim hic cum his uocabulis: sed q sunt ex lingua arabum. ſ. Auic. Auer. ꝛ Arabi. moyses quoruz uocabula in his fructibus sunt formia in ostris in significatis horum fructuum: q autem plura: querit de nominibus melonum peponum ꝛ aliorum legat: q scripsimus secundo cañ. caplo de batheca. hij ergo oēs fructus dicti ꝛ alij consimiles infrigidant: ꝛ ideo conueniunt febri. Sed contrariatur ei q conuenit materie de minoratione: ꝛ hoc ducitur. primo quia infrigidando prohibent eaz a resolutione: ꝛ incrudant eam. secundo quia propter eorum aptitudinem ad corruptionem multiplicant malas materias putrescibiles: ut concordant auctores in capitulis horum. Considerandum nisi ubi est materia. ſ. aliq fortiter calida subtilis in qua plus foret iuuamentū per citrullos ꝛ melones infrigidando: qz aliō nocumentum q fieret ab eis: ꝛ balyebas tertio pratice statim in principio tertiane: ꝛ in die accessionis concedit melones indos. unde Auer. 5. collz succus anguie. i. cucumeris saraceni contrariatur colē cum tota sui substantia ꝛ idē auic. 2. cañ. tamen subdit eius chimus est malus preparatus ad putredinem ꝛc. uel nisi ubi est materia de cuius prouocatione per urinam consideres uirtute mellon. alia littera habet nisi ubi non est materia ut in fe. ethica uel effimera uera: ꝛ tūc possent ista cōcedi sub intentiōe infrigidatōis: ꝛ nō ꝓhibet eā retētio materiez.

b Et omnino. Dubitatur de hoc cañ. nam aqua fructuum. i. aqua decoctionis prunorum uiolarum iuiubarum cui similem scribit Mesue in antidotario dist. septima est lenitia uentris suauiter: ꝛ reprimit coleram sed talis lenitio laudaī: quia ante septimum statim auic. concedit syrupum uiolatum. Amplius cōmuniter operantes dant illum. ꝛ quādoqz dant pulpam cassie ante septimū. Quidez corrigunt istum textum dicentes non proponatur aqua fructuum. Alij sunt q dicunt q aqua fructuum ante septimum dari non debet: quia talis aq ē soluens unde Mesue dicit de ea. coleram rubeam cum facilitate educit. Hij autem parum exercitati sunt in operationibus artis ꝛ haliabas. cui est danda fides in opere incipit in tertiana cum aqua māne tamarindorum: ꝛ cassie prius qz digestio appareat. Dicamus q aqua sumitur in libris arabum pro succo uel pro decoctione. ꝛ cum hoc dicamus q aqua fructuum est duplex una est aqua lenitiua uentris: que fit ex prūis: ꝛ cassia ꝛ māna ꝛ uiolis ꝛ tamaridus ꝛ iuiubis ꝛ alijs quibusdā: ul'ex omnibus istis uel aliquib? ex eis ꝛ istā describit Mesue in antidotario ꝛ tibi ineſt componere eā ſm materiam rerum ꝛ proportionem: que tibi uidetur dummodo intentio sit ī ea lenificatio uētris: ꝛ temperies caliditatis cum hoc: ꝛ de hac aqua fructuum loquitur Rasis. 18. continentis ultimo capitulo ubi dicit. sed conualescens est debiles ꝛ non poterit sustinere euacuationem: da ei aquam fructuum: ꝛ ego dedi ei quolibet mane talem aquam ꝛ eduxit ipsum bis. de hac loquitur Auicen. supra capitulo de effime. ex uino ubi dicit indiget solutione ex aqua fructuum. ꝛ loquitur de ea Ras. in diuisionibus capitulo de cura tertiane ꝛ causonis: ꝛ hec aqua fructuum non prohibetur a principio putredarum febrium: imo cōmuniter conceditur intentione lenitionis uentris. unde statim dicit auicē. sit ultitas lenificatio ꝛ uidens q cōitas medicoruz dat ī principio in febribus putridis. Oassiam. ꝛ alij dant syru. uiolatum ꝛ dissoluunt cum decoctione uiolarum ꝛ prunorum ꝛ similium. ꝛ silia lenitia dant ut ꝛ apparebit ab auic. in particularibus capitulis. Et ratio super hoc est quia utilissimum est inchoantibus febribus putridis: q uenter lematur ꝛ prohibeatur fe. acutas. ꝛ hoc faciunt lenitiua ꝓdicta. que oia cōprehenduntur sub hoc uocabulo aqua fructuum. i. aqua leuitiua: ꝛ sedatiua caſitatis: ꝛ dicitur ita quia plurimum fit ex fructibus lenitiuis. sicut sunt cassia pruna: ꝛ tamarindi ꝛ iuiube. ꝛ cum hoc ex uiol' ꝛ manna. Sed. t. d. multa ex istis euānt col'am a proprietate: igitur oz q expectez in eorum usu digestio. Dicendum q in his medicinis uirtus lenitiua uētris est efficax. uirtus autem dissolutiua colē est debils ualde. ꝛ ideo si coleram inueniat paratam in primis uenis sine molestia aliqua educunt illam. q si non inuenirent eam paratam non propterea agitant reliquam coleram: si est febris colica. hoc autem utile ē sine nocumento quecunqz febris sit: siue colerica: siue sanguinea: siue flatica: siue melancolica: Iz diuersas oporteat esse compositiones harum medicinarum lenificantium ꝑz diuersas febres: sicut sciunt piti medici: plus tamen utimur eis: ꝛ puri oribus in febribus calidis: qz in frisis ut inferius apparebit. Considera ꝛ q si ab his medicinis uelles non minus uirtutem attractiuam colē quā lenificationem adderes dosim illarum. Alia est aqua fructuz acetosoz resistentium putrefactioni. ut aqua. i. succus agreste limonis aracioz granatorum acetosatorum ꝛ aliorum similium istis. de quibus ags frequenter inuenies sermonem ab Auic. ut infra de regimine febrium acutarum. ꝛ supra loquebatur de ea in capitulo de febre effimera ex siti cuz dicebat. Cura ē dare in potu aquas fructuum frōrum proprie granatorum: ꝛ hanc aquam fructuum possumus dare in principio febrium putridarum: in quibus uolumus resistere malignantibus putredinum. unde in pestilētialibus ē usus eius ualde laudabilis: ut postea appebit tertia ē aqua fructuum que cōi nomine nominatur cum herbis siue oleri? apud arabes ꝛ sunt fructus de horarijs sicut cucumeres qui dicunt anguria. i. cucumer sarracenicus: ꝛ melon uiridis coloris. ꝛ quandoqz uersus citrinum tendunt solidi intus. ꝛ dicuntur melones idi ꝛ citrulli: quorum quidam sunt uirides: ꝛ plurimi sunt citrini. ꝛ cum his intelligantur mala ꝛ pira non acetosa ꝛ istam aquam fructuum auic. hic intendit ꝛ ꝓhibet eam usqz ad ebdomadam. Consuetudo autem auic. ē intelligre p ebdomadam tps digōnis ut apparebit in capitulo de cura emitritei: ult igr q aqua citrinoz melonū cucumerum ꝛ huiusmodi non detur stāte indigōne materie. Sed contra quia haliabas in principio tertiane concedit aquam melonis indi. Amplius in regie acutarum ad infrigidationem dat auic. aquam citrulli aquam melonis ꝛ cucumeris. sed extinctionis necessitas potest esse ante digōnem. Amplius auic. multotiens collaudat melonem cucurbitam ꝛ cucumeres in tertiana febre non determinando tps digōnis. Amplius in cura febris sincopalis minuta dat panem in aqua fructuum. ꝛ uidetur intelligere de aqua melonum cucumerum: ꝛ malorum que dicuntur poma: ꝛ pirorum q apparet: quia non intelligit q panis detur cum aqua cassie nec cum aqua granatorum ꝛ arāgiarum. quia iam dixerat de his statim in illo capitulo. Amplius Cassius felix in causone multotiēs se iuuat cū succo cucurbite. Dicamus ad hoc intentionem auic. ꝛ ē q aqua fructuuz. i. melonis indi ꝛ cucumeris ꝛ siliū ut maloruz. i. pomoz̄ ꝛ pirorum in fe. putridis habet utilitatē q: extinguit. ꝛ in hoc est bona: ꝛ quantum ad hoc dixit auic. q melones indi ꝛ reliqua olera ut cucurbita ꝛc. conueniunt febri infrigidando. Sed quia aqua eorum ē corruptioni parata ualde: propter humidum aqueū aptum ebulitioni. ꝛ putrefactioni quia a proprietate quasi generat materias malignas: ut intelligitur ab auctoribus arabie omnibus: ideo dixit te esse sollicitum ut postponas usum eius usqz ad ebdomadam. i. quousqz digō apparet in materia. Sed tu dices non minus erit corruptibilis ista aqua fructuum: post digōnis signa. qz ante. Dicendum q iam facta digone non ē putredo ita augmentabilis: sicut anteqz non sit facta: ēt intelligitur q sit facta materie minoratio. ꝛ ideo si oz te extinguere caliditatem securius dabis aqz fructuum post digōnem: ꝛ minorationem materie. nam ante illud addit in putrefatione pluſquam post: ex quo apparet quomodo aqua fructuum. i. aqua melonis contrariatur ei: q conuenit materie de minoratione: nam facit hoc frigiditate ingrossando illaz ꝛ prohibendo eius euaporationem constrictis uijs. scōo quia addit materias putridas: ꝛ ideo auic. cum considerauit aquam melonis indi necesse in hoc: q prohibet minorationem materie: ꝛ hoc nocumentum est magnum. fecit de aqua melonis: ꝛ de alijs sibi simili? cañ. ꝛ dixit. Sollicitudo fit ut postponatur aqua fructuum. i. aqua melonum ꝛ cucumerum ꝛ reliquoz olerum usqz ad ebdomadam ꝛc. ꝛ tunc assignauit cāz

UVA. BHSC. IyR_029

quare oportet illam nullo modo dare: uel saltem postponere quia omnes fructus. s. melones indi cucumeres ⁊ huiusmodi nocent febricitanti cum ebulitione ⁊c. i. quia buliunt ⁊ corrumpuntur in stomacho. Considerandum autem q̄ quandoq; tanta necessitas presentis extinctionis ⁊ acuitatis cole instat: q̄; confidimus fieri per huiusmodi melones q̄ inci pimus cum eis: sicut fecit halyabas. Et cum toto hoc halyabas p̄mittit lenitionē uentris: ante aq̄; melonis ut apparet tertio sue practice capitulo de cura tertiane ⁊ sic intelligantur ꝑmones auic. infra. Si autē possumus cuz alia re extinguere nō utamur eis aut postponamus: ⁊ tu hoc intellexit Auer. colliz 7. qui ponens ordinem medicinarum infrigidantium. primo p̄mittit aquam ordei ⁊ ulep ⁊ syrupum cum zucaro. ⁊ aqua rosata ꝑm aliquos nouos medicos postea ponit succum cucurbite ⁊ melonis ⁊c. ⁊ hoc uoluit auic. cum dixit. postponatur aqua fructuum: ⁊ sis contentus aqua ordei de aqua ordei infra multa discutiemus ex quibus contraria cessant. Sz dubitaē nā inter hos fructus quos oz postponere nominasti poma: que apud nos hic cōiter uocantur mala ⁊ nominasti pira. sed hoc non concordat cum operantibus: qui cōiter dant poma cocta febricitantibus: quando uolunt attenuare dietam. Et nos dicamus q̄ illa est dieta: in qua deuenerunt italici propter lahuiam febricitantium poma enim cocta. i. mala minus nocina sunt: quia euaporat ex decoctione ab eis humidum aquo sum: per q̄ parabantur corruptioni. decoctio autem eorum fit assādo ⁊ elissando ut gal. innuit. z. alimentorum: laudo autem in febribus assata: plusq̄; elissata intentione qua sint remota magis ab ebulitione ⁊ corruptione. Sed intentione infrigidationis ⁊ aquose humectationis. ⁊ ꝑm hoc cicioris descensionis: laudabiliora sunt illa: que in aqua coquuntur. diuersitatem autem istorum malorum. ⁊ pirorum in acetositate dulcedine ⁊ grossitie carnium eorum ⁊ subtilitate lege ab auctoribus. ⁊ scies eligere q̄ oz magis dare tuo febricitati. Attendendum est autem q̄ sapientibus arabis apput q̄ ex comestione pomorum. i. malorū magna accidit malitia. unde Auer. colliget. Quinto post̄q̄ laudauit poma in cō fortando cor ⁊c. dixit poma generant grossam uentositatem in secunda digestione: ⁊. 3ª ita q̄ dictum est a sapientibus q̄ possunt generare ptisim ⁊ ethicam: ⁊ q̄ uenti qui generantur ex eo habent malam proprietez ⁊c. ⁊ hic est sermo rabi Moyses 2ª particula affo. auctoritate filij 30 ar. malum sine odore corroborat cor ⁊ cerebrum: ⁊ eius odor est utilis ptisis ⁊ melanconicis. sed cibatio eius est peior omniū cibatione fructuum: quia sui spālitate ⁊ proprietate generat uentositatem in neruo ⁊ lacerto: que non resoluitur nisi cum difficultate. Considerandum autez q̄ quando cogit necessitas ad usum aque fructuum: ⁊ huius fructuum medicus debet conari corrigere eorum malitiam cum decoctione: sicut coquimus cucurbitam in pasta ordei: ⁊ cum cōmestione aliarum rerum: sicut apparebit prudentie medici: ⁊ ex his excusamur a remotione expōnū aliorum qui non inerunt ad intentionem auic.

a Et multotiens. Hic ostendit q̄ aliquando non est hec contrarietas: quia reperitur aliquid quod utiq; potest prodesse: ut syrupus acetosus infrigidat ⁊ digerit materias. Considerandum autem q̄ per syru. aceto sum debemus intelligere simplicem: qui sit ex aqua aceto ⁊ zucaro: in quo est uirtus infrigidās per aquam ⁊ acetum: ⁊ uirtus subtilians per acetū acetum enim dicendo materiam disponit euōni: ⁊ zucarum abstergit. ⁊ ideo dicitur q̄ euacuat. ⁊ quia nos fecimus tractatum singularem in syrupo acetoso ubi diximus de omni eius diuersitate. ⁊ de omni materia in qua conuenit. ideo non prosequimur plus de hoc. Sed tu conungas illum tractatum huic canoni.

b Et scias. Cum iam declarauit quare medicus uertit se magis ad unā intentionem: q̄; ad aliam quia est propter contrarietatem intentionuz illarum in exequendo illas. hic ostendit ad quam illarum duarum intentionum debet se conuertere: licet hic generaliter dixit in illo uerbo obseruetur magis timorosa duarum rerum. ⁊ ideo isti cañ. declarant illū. s. que intentio est magis timorosa: ⁊ per consequens magis obseruanda: ⁊ primo ostendit quando est q̄ medici intentio q̄q; uertitur ad partem fe. ꝺo ostendit quando reuertit̄ ad partem materie. tertio addit cañ. sequētem ex his duobus cañ. ibi. z.ª ⁊ si. ibi. 3ª q̄ si. Considerandum q̄ primus cañ. est Gal. ꝓ. terap. in principio cum dicit. si intollerabilis fuerit laboranti magnitudo fe. non oz per ea per que causam abscindimus augere fe. simul enim intenderemus utrunq; ⁊ febrem ⁊ humorem: hoc ē q̄ dicit Auic. quandoq; febris est tanti. ⁊ taz acuti caloris: q̄ si tu uelles digerere cum calidis uel prouocare uel soluere uentrem cū calidis pauca additione facta in calore perderetur infirmus: igitur infrigida ultie .i. forti infrigidatione per potum aque frigide uel ālium potum extinguentem ⁊ per epithimita. si ēt non adderent digestiua uel euacuatiua i gradu caloris tamen cum illo gradu non posset perdurare uita tanto tēpore: quanto requiritur ad operationem illam circa causam: expedit te infrigidare: ⁊ dimittetur regimen cause. Considerandum ꝺo q̄ tunc medicus est certus q̄ oz eum festinare ad infrigidandum quando non inuenit infirmum fortem resistentem dissolutioni facte a uehementia caloris febris. ēt quando non inuenit eum fortem tollerantem esse absq; cibo. Si enī medicus inueniret infirmum cum forti febre. sed inuenit euz fortem in pulsu resistentez dissolutioni. quia ē hō grossorū humorū densorum pororum ⁊ similium dispōnum. ⁊ inuenit eū tollerantem esse absq; cibo. q̄ fortis oris stomachi non aptus syncopi. consuetus ieunare flegmatice complonis. non curabit infrigidare infrigidatione ultia: imo cū absciſione cibi intendit ad causam ⁊ utetur lenibus extinctiuis: uel uteē digestiuis uel alijs conuenientibus ad causam. ⁊ ꝓprie .i. proprie tunc cum non inuenies uirtutem ⁊c. Dubitatur quia iste cañ. uidetur contra Gal. ꝓ. terapen. primo capitulo ubi dicit. primum predictorum. s. sanare febrem ⁊ contemnere causam non laudamus. dixit frā ciscus de pede montium q̄ gal. uult q̄ non intendatur ita ad unuz quin intendatur ad aliud: hec solutio non est ad intellectum gal. quia hoc est

⁊ infrigidat cum euōne sicut syrup⁹ accetosus. Et scias[b] q̄ō febris quandoq; est tante uehementie ⁊ acuitatis: q̄ō nō licet uti regimine cāe: imo indiget infrigidatiōe ultima: ⁊ proprie q̄ū nō inuenis uirtutē fortem resistentem tollerantem.

Q̄ō si inuenis[c] eam resistentem tollerantē ascide cām ⁊ expelle humorem ⁊ abscinde cibū: ⁊ nō infrigides[d] infrigidatiōe que prohibeat resolutionē. Q̄ō si[e] inuenis uirtutē deficientē sis occupat⁹ i equādo cōplexionem cōtrariam ei: quare infrigida eam ⁊ uiuifica uirtutē cum cibo. Q̄nq; fit fortis p uiuificationē suā ⁊ uincit contrarium suū redi ad cāz. Et cū tu[f] infrigi

tertium membrum sue diuisionis. s. intendetu r plus ad unum. rliquum autez non obmittere. Alij cōmuniter dicunt q̄ gal. non laudat q̄ medicus intendat ad dispositionem ⁊ augeat causam. unde ex hoc augeatur dispositio ⁊ ideo dicit: si enim quibuscunq; sanauerimus auxilijs id febris q̄ semper generatur hec auxilia nobis augebunt causam: que facit eam ⁊c. hec expositio potest saluari si intelligatur sic: q̄ medicus infrigidans febrem non debet infrigidare: cum aliquo q̄ simul infrigidando auget putredinem: quia simul augendo putredinez auget calorem febrilem: ⁊ ideo quantum ex una parte remittit de calore febrili. tantum ex alia parte regenerat̄ de calore illo per putredinis augmentum. ⁊ hoc est q̄ ibi subdit neque interiemus ⁊c. Sed tu dices que essz ista infrigidatio que hoc faceret. dicendū q̄ hec esset cum aliquo frigido extrinseco opilādo: ut aqua frigida. uel intrinseco ut aqua frigida bibita non ꝑm rationem. ex qua statim febris extingueretur. sz conculcata multa. materia stati post horam consurgeret in maiorez ul' minorem putredinem: ⁊ hoc dixit nono tera. 7. capitulo ubi loquens: de aqua frigida inconuenīēter data dicit sic confestim quidem non paruam confert alleuationem extinguendo febrem iam demum natam sed manente causa rursus aliam accedi febrem multotiens difficiliorem priore. hoc ergo uult gal. auic. autem uult q̄ tu extinguas uehementiā febris non taliter q̄ augeatur ex hoc putredo. nos autez dirimus ibidē q̄ gal. noluit tam uile quid. sed sicut hō melioris indicij in particularibus medicine aliquo fuerit: uoluit intentionem curatiuam morbi fientis. s. febris comparate intentioni ad causam. s. contemnendo dispōnem ⁊ intentioni ad dispositionem contemnendo cām ⁊ quia in hoc prolongarem obmitto hic.

c Quod si inuenis. Hic est cañ. secundus in quo ostendit q̄ q̄q; medicus ītentionem suam conuertit ad causam. s. ad materiam: ⁊ negligit feb. aut parum uli intendit. Considerandum autem q̄ intentio ad causam est digestio: ⁊ de hac tacuit dans intelligere quod alia intentio est ēt euacuatio ⁊ hoc est duplex sensibiliter per uentrem: uel prouocationem ⁊ hanc intellexit cum dixit abscinde cāz ⁊ expelle humorem ⁊ occulta per resolutionem ⁊ hanc expressit cum dixit absci de cibum. Si ergo inuenis uirtutem fortem resistentem calori febrili. unde infirmus non curat de eius mala sensibilitate. ⁊ dissolutione ab eo: quia calor est debilis: uel quia infirmus est ualde fortis. ⁊ inuenis eum tollerantem eē ab sq; cibo remanet super te: q̄ cures cura regulari. s. intendendo ad causam ⁊ abscindendo ea ⁊c.

d Et non infrigides. Quasi d. ⁊ non dico q̄ si febris est fortis. q̄ tu nullo modo infrigides sed stantibus conditionibus dictis: non cogeres infrigidare infrigidatione prohibente resolutionem materie: sicut est infrigidatio cum aqua frā. uel cum syrupo de papauere ⁊ similibus.

e Quod si. Hic ponit tertium cañ. qui oritur ex dictis. nam duabus positis intentionibus una ad febrem. alia ad materiam: ⁊ ostensis contrarietatibus illarum. ⁊ quando medicus ad unam se determinat: plus q̄; ad aliam apparebit. q̄ indicatio sumpta a uirtute multum ad hoc facit: primus enim cañ. cōsiderauit febris uehementiam: ⁊ uirtutem non fortem ad tollerandum nec ad resistēduz secundus uero cañ. considerauit uirtutem fortem resistentem ⁊ tollerantem. ergo tertius cañ. considerat uirtutem debilem pro qua agimus totum: q̄ agim⁹ pro qua infrigidamus: quia suus defectus potest esse ex calore resoluente: ⁊ cibamus quia defectus potest esse ex resolutione ⁊ diminutione spūum ⁊ humorum a quantitate necessaria: ⁊ tunc fortifica uirtutem per cibum: ⁊ hoc est q̄ dicit. puuificationem ⁊ fortifica eam per alterationem caloris unaturalis: ⁊ hoc est q̄ dicit. ⁊ uincit contrarium: ⁊ redi ad causam. s. digerendo ⁊ euacuando ꝑz q̄ tibi uidetur. Sed dubitatur in quo differt iste cañ. tertius ⁊ cañ. primus. dicendum q̄ ille cañ. sumitur principaliter a febris uehementia: ⁊ uirtus cōicat Sicut non potens plus tollerare. sed iste cañ. tertius sumit̄ ab ipso actuali cañ. uirtutis. unde dicit deficiente. ⁊ forsan q̄ō iste canō est idē q̄ ille primus cōpletus per hoc q̄ dicit redi. Considerandum ꝺo q̄ si dixisset auic. uiuifica uirtutez cum cibo q̄zuis addas in calore. sicut cum damus uinum recte dixisset ut apparet. iz. tera. ⁊ tertio cañ. fen. xj. Sed tunc iste cañ. non fuisset de ordine cañ. hic ponendorum in quibus precipitur cura fundata in duabus intentionibus uel altera earum. s. ad materiam ⁊ ad febrem propter hoc dixit infrigida cam. s. febrem uel eam. s. uirtutem. i. corpus: ⁊ quia uiuificare uirtutem actu deficientez non potest fieri per cibum: ⁊ tunc actu euacuari uel saltem non sit conuenienter ideo non dicit ista simul fieri: sed dixit redi ad causam. Considerandum ꝺo q̄ isti tres cañ. licet sint generales in curatione febrium putridarum: non tamen habent alios cañ. spāles sub se qui sint scientiales sed solum sunt extimatiui: nō enim āmodo egemus nisi istos cañ. applicare ad quācunq; febrem. ⁊ quācunq; cām eius: ⁊ ad quācūq; uirtutem infirmi. ⁊ tunc indicare de quantitate uirtutis et quantitate caloris febrilis: ⁊ scire ad quā oz te intendere plus: mensuraz autem hec non est cognita per cañ. doctrinales nec scientiales: ut specialiter dixit gal. in tera. ad glauconem libro primo ⁊ generaliter dixit hoc in libro de flobotomia: ⁊ tertio libro de ingemo sanitatis: ⁊ ideo non expectes q̄ auic. in particularibus capitulis repetat nec determinet ⁊ hos cañ. sed operatur uel operationem precipit auic. sub istis cañ. modo sub uno modo sub alio: sicut modo unaz propositionem per extimatiuam suam sumpsit sub uno modo sub alio: ⁊ ex hoc intellectu soluuntur multe contraditiones in cañ. particularibus: non solum auic. sed aliorum auctorū: ista tamen non sunt uerba pro hoib⁹ debiliū capitū.

f Et cum tu. Jam declarauit auic. duas intentiones curatiuas ules in cura febrium putridarum: ⁊ ostendit quare est: ⁊ quando est q̄ uertit medicus intētionem suam ad febrem ⁊ quare ⁊ quando ad causam. hic ostendit qualiter ⁊ cum quibus dicte intentiones fiunt: ⁊ primo ostendit cum quibus: qualiter fit infrigidatio ꝺo cum quibus ⁊ qualiter fit euacuatio inuens de digestione reuertens ēt ad ponendum cañ. quibus docet infrigidare ibi z.ª ⁊ scias q̄ non est tibi possibile prima in duas primo premittit cañ. ꝺo probat ibi secunda ⁊ scias. Considerandum q̄ trociſci isti sunt troc. de rosis de quibus in fine capituli dicetur: ⁊ trociſci de camphora ⁊ trociſci de berberis ⁊ de spodio exiccando enim ⁊ stipticando retinent: ⁊ ingrossant materias etiam si essent digeste: ⁊ ideo oz materias esse digestas ⁊ euacuatas ⁊ tunc est eorum usus securus infrigidant enim ⁊ reaggregant membra lassa ab euacuationibus siue naturalibus siue artificialib⁹ precedentibus in febre: ⁊ si est aliquid materierum. residuum illud consumunt ut dicemus in capitulis specialibus: ⁊ hoc est q̄ auic. probat per cañ. qui sequit̄ nam infrigidatio ethice posset fieri quandocūq; uis cum bis tro. quia cura eius

UVA. BHSC. IyR_029

est contenta super contrarietate egritudinis: sed in putrida opz te intendere ad abscissionem cē. illi autem trocisci prohibent abscindi eam ⁊ tunc auic. ertēdit parumper sermonem suum ⁊ ault q non solum infrigidatiua stiptica nocent fe. putrida ex parte materie. imo q cibatio ⁊ infrigidatio nocent in putrida febre habita consideratione ad materiam. nam infrigidatio figit materiam: ⁊ prohibet solui. ⁊ cibatio ēt multiplicat materiam ⁊ hoc non est i ethica. Et hoc ē q dicit q est conueniens egritudini. i. infrigidatio. ⁊ q est conueniens cibationi. i. cibi exhibitio. q̄uis sit amicum uirtuti quia infrigidatio rectificat complexiōem quia uirtꝰ cōfortatur ⁊ cibatio augz spūs ⁊ humores: quibus confortat uirtus ex parte sui. s. uirtutis. i. uirtuti ꝑm se. est tamen inimicū uirtuti ex parte qm̄ est amicum inimico eius. ⁊ est inimicus uirtutis materia quare adiuuat. s. infrigidatio ⁊ cibatio utraq̄ eorum. s. uirtutem ⁊ materiam ergo indigemus cañ. s. in cibatione febricitantiū: ut faciamus illam cibationem quanto minus possumus absq̄ nocumento ⁊ hec est sententia illius assō. 7ª particule. Cibum quez accipiunt febricitantes sanis est uirtus ⁊c. exponēdo illum ꝑm nostram expositionem: ⁊ non sicut gal'. qui illum assō. male intellexit cū aliꝭ sequētibus ibi. Dubitauim hic alias utrum zucarum roſ. competat in principio febrium putredarum. uidetur q sic quia omnes medici cōmuniter dant infundentes illud in aqua frigida. Amplius in capitulo de cura flegmatice a principio ante septem dies dat gal. infra gelaniabim q est conditum de rosis ⁊ hoc est zucarum roſ. uel mel roſ. Amplius Rasis. 16. continentis cum loquitur de almelilotu concedit zucarum roſ: ergo multo magis in principio febris. Amplius ipsum confortat stomachum ut Mesue in antidotario. Amplius quinto cañ. trac. septimo dicit q iuuat ad feb. Amplius infrigidādo cōfert ⁊ leniendo per roſ. s. soluendo uentrem. hoc enim facit rosa ut summē a Mesue capitulo de rosa ⁊ ab aliꝭ. In contrarium hic auic. non infrigides cū eo i quo est stipticitas: ⁊ exiccatio. sed in zucaro roſ. sunt ista ratione rosarum. Item Raſ. tertio trac. almansoris loquens de zucaro roſ dicit qui patiuntur calorem ⁊ ardorem nullo modo cōmedere debent: maxime si estas fuerit calefacit enim ⁊ sitim affert: licet Simon ianuenſ dicat q translator errauit: quia loqtur raſ de melle rosato. dicendum primo q premisso quid sit zucarum roſ. ⁊ ē conditum ex roſ recentibus ⁊ zucaro compositis adinuicem ⁊ decoctis ad solemnon ad ignem: ut mali aromatarii faciunt: ⁊ causam diximus super libro quinto ꝓ q uirtus zu. roſ est frigida infra primum gradum ⁊ sicca in primo uel plus parum rosa enim ponitur cōmuniter frigida in primo gradu ⁊ sicca ꝑm ꝑm gradum de zucaro autem est discordia an sit temperatum uel calidum in primo. ⁊ an sit humidum parum an siccum in primo remanet igitur q zucarum roſ sit l' quasi temperatum uel frigidum parum: ⁊ q sit siccum. cadit autem in hoc diuersitas secundum rosas albas uel rubeas: ⁊ secundum modum zucari albi uel rubei. sed uirtus zª zucari roſ est aliqualiter stiptica: ⁊ cum hoc etiam aliqualiter absterſiua. dico q in nulla fe. fortis inflammationis ut est fe. colerica conuenit zucarum roſ. ratio primo quia non est proportionatum extinguens. secundo q inflammatur in eis nam si aqua cucumeris in eis inflammatur quandoq̄ ut i gto colliget ergo plus multo zucarum roſ. ⁊ si tu diceres dabo cum multa aqua frigida. dicemus q illa est operatio aque. dico etiā generaliter q i febribus putridis a principio ante digestionem ⁊ euacuationem non competit: quantum ad duas generales intentiones: ⁊ primo non ad infrigidandum q apparet q̄ auicet infrigidare cum aqua ordei. cum syru. violato cum syru. acetoſo ⁊ quandoq̄ ut ubi est materia cum aqua melonis. nihil autem de zucaro roſ dicit: imo etiam nec de syrupo roſ dicit. Amplius bilyabas tertio pra. capitulo de regimine febricitantium per uictum enumerat multos potus. ⁊ nihil ō zucaro rosa. uel syrupo roſ dicit. Amplius rasis in diuisionibus capitulo de febribus cōpositis non primo sed secundo procedit ad zucarum roſ. Amplius Auer. 7. colliget non multum laudat syrupum ex zucaro ⁊ aqua roſ. quo utebantur suo tēpore quidam noui medici: ⁊ non laudat propter stipticitatez aque ro. ergo multo minus ubi est substantia ⁊ corpus rose: nec etiam competit zucarum roſ. quātum ad secundam intentionem que est materie euacuatio: quia a principio non debet fieri euacuatio: cum re que succedat cum stipticitate ⁊ exiccatione. unde ꝓhibentur mirabolani: ut post apparebit. ⁊ ideo auic. precepit hic q̄ etiam non infrigidares cum re que stipticet. Ex quibus potest formari ratio hec in principio febrium non concepit infrigidatio cum re que materias coherret sui stipticitate. unde etiam prohibetur ablintium ut infra capitulo de emitriteo: hoc autē facit zucarum roſ ut ex dictis patet. ⁊ potest hoc conformari ex dictis Mesue: qui ault q zucarum ro. coartet materias in pectore ut apparet capitulo de curatiſis: nisi uelles proteruiendo dicere q zucari ro. uirtutis stiptica uadit ad pulmonem: ⁊ pariter absterſiua. ⁊ ego dicam q contrarium est: uel quod non est q tu dicis. nos autem inuenimus per experientiam: q etiam absterſiua eius uadit: sed uincit uirtus stiptica ⁊ plus in antiquo. Ego autem non laudo usum zucari ro. nec noui nec antiqz: ⁊ proprie antiqui in principio fe. nec ante digestionem ⁊ euacuationes ad duas intentiones generales dictas. dico tamen q potest competere gratia alicuius intentionis specialis: que est stomachi confortatio ⁊ absterſio aliqua: qua indigemus in febre flegmatica: ⁊ tunc est melius q sit mellinum: nisi aliud prohibeat ⁊ misceatur cum aliꝭ medicinis secundum q tibi uidetur: competit etiam magis in finibus febrium ⁊ hic tolluntur contrarietates. Ad rasim dicendum q loquitur de almelilotu quedam que accidit in fine febrium. uel loquitur de illa in qua possunt concedi mirabolani. sed hij non cōceduntur in principio febriū putridarum: ut motum est ⁊ post apparebit.

a Et scias. Jam posuit cañ. in curatione febris putride quantum ad intentionem: que est infrigidatio: que est intentio ad dispositionem. hic ponit cañ. quibus intendit ad materiam: licet etiam concurrat in eis quandoq̄ intentio ad dispositionem. ⁊ primo ponit cañ. quibus intendit ad materiam cum plurib⁹: quorum si medicus operetur in principio facit cōmunem minorationum que dicit exiccatio: ⁊ operatio cum illis cañ. est magis in principio febrium. secū do redit ad complementum cañ. in infrigidatione. tertio ponit cañ. qbus intendit ad materiam magis in processu licet ex consequentia preponat etiaz cañ. quibus in ꝓncipio. ibi secunda. ⁊ non prohibeas ei aquam frigidam. ibi tertia. ⁊ cum adminis-

das de istis febribus tunc non infrigides eam cum eo: in quo sunt stipticitas ⁊ exiccatio: sicut sunt trocisci infrigidantes nisi post purgationem ⁊ euacuationem. Et scias[a] q̄ cura febris putride est diuersa a curatiōe febris ethice. Curatio enim ethice est contenta super contrarietatem egritudinis: ⁊ curatio febris putride non est contēta super contrarietatem egritudinis tantum: imo super absciſſionē cause eius: q̄uis illud q̄ est conueniens egritudini ⁊ cibationi sit

amicum uirtuti ex parte sui. s. uirtutis ⁊ inimicuz uirtuti ex parte: qm̄ est amicum inimico eius: ⁊ est materia quare est adiuuans utrunqz earum: quāobrem indigemus i regimine eius canone. Et nos singulare capitulum ei si deus uoluerit faciemus. Et scias q̄ nō est tibi possibile curare febrez nisi cognoueris eā: quod si[b] ignoraueris tūc subtilia regimen ⁊ prouide[c] ne occurrat paroxismo nisi uentrem habeat uacuum. Et non moueas[d] in die paroxismi aliquid: quātū possi

strueris cañ. predictos. prima in duas primo ostendit quid expedit uolenti curare febrem. ꝺo prosequitur cum cañ. quibus intendit ad materiam euacuando ⁊ digerendo. ibi secunda. q si ignoraueris. Considerandum q licet nulla cura possit fieri propria febre ignorata maxime tamē intelligit de cura: que est per absciſionem cē. que est uera cura febrium putridarum. ⁊ ideo hic cañ. cadit hic. ignorantia autem de febre de qua hic logt nō ē ignorantia ō ea. q sit febris nec q sit febris putrida. q: iaz ꝓsupponit te eaz cognoscere generaliter. Sed est ignorantia de modo cē. an sit de sūma colericarum uel flegmaticaruz ⁊c. non enī de hoc est sciētia habita nisi cōfusa. ⁊ sic ponitur iste cañ. 16. continentis. Cū autem medicus cognoscat q febris est putrida uel humoralis. sed nescit distincte a qua cā sit: non potest recte curare. s. propria cura illi febri. quia cura erit ꝓprie per res que respiciunt illam materiam. ⁊ ideo bene precipit Ga. primo de febribus ad Glauconem. ⁊ primo reginminis acutos priꝰ esse intēdēdū ad cognoscendum egritudinem.

que sit i causa. ⁊ postea ad medicandum.

c Et cum declinat. Et quia sermo est de balneo in fine capituli. Cōsiderandum q aquam balnei facere possumus declinare ad frigus. i. remissum: non calorem qualis est calor aque in qua sol impressit: ⁊ est balneum infrigidans ⁊ humectans. sed si flegma fuerit salsum: tunc eget maiori pororum dilatatiõe ut grossi uapores ⁊ partes eius resi due resoluantur. ⁊ ideo forsan est melius facere balneum predicto calidius ⁊ intensius. Sed dubitatur quare Gal. i tertio reg. acu. cōmento ultimo non concedit balneum in causone de flegmate salso: cuius cōtrarium dicit auic. Dicendum primo ꝑm Dyoscorum q balneum absolute intelligitur tepidum: ⁊ hoc non competit in flegmate salso. sed calidum supra tepidum ut materia difficilis solutionis non putrescat per tepidum balneum sed resoluatur per calidum ut iam diximus de hoc. Alij dicunt q balneum ante digestionem potest securius in causone concedi si materia est colerica: ꝗus omnino non sit perfecte digesta. sed in flegmate salso nō potest cōcedi. ⁊ ita uidetur Gal. ibidem intelligere: ⁊ erit sententia hec: q in materia colerica quãuis non sit omnino perfecta digestio potest concedi: sed in flegmate salso ultimum complementum digonis oz expectare: ⁊ etiaz multam euõnem precessisse: ⁊ paucam esse materiam ualde.

d Spinatus est Galienus ⁊c. Post sermonem de colericis est sermo de fe. sanguineis. ⁊ antequã ponat signa ⁊ curam ponit eius esse ⁊ spēs. ⁊ primo ponit sententiam Gal. fo suam. ibi z.ª Dicamus ergo. Prima in duas. primo ponit illam ⁊ motiua eius. secundo abicit illam. ibi z.ª Hic uero sermo. In prima parte assignat pro parte Gal. duas rationes quare a putredine sanguinis non fit febris sanguinis. Primo quia cum sanguis putrefit fit colera ⁊ non est sanguis. ergo febris de putredine sanguinis non est sanguinea sed colerica. ⁊ istaz rationem ponit Gal. secundo de crisi. ⁊ secundo de differentijs febrium secunda ratio est quia febris sanguinis curatur cura fe. colerice seu cura fe. tertiane. i. cura febrium colericarum. ⁊ hoc apparet: quia non distinguit febres multi caloris siue acutas in cura. sed omnes ponit in cura sanguinee. si quis diligenter attendat dicta Gal. in terapentica ad Glauconem ⁊. 9. ⁊. xj. terapentice. Considerandum quosdam. immo fere omnes expositores de quibus est conciliator tenere q nunquam fuit opinio Gal. immo contraria. s. q de putredine sanguinis fit febris sanguinea. Et hoc primo quia Aliab. eius sequela hoc dicit: ⁊ Joannicius. Amplius. 9. terapentice ponit febrem sinocam putredinalem de putrido sanguine: in qua non est factus paroxismus per tertium diem in forma colerice. Et dicunt hij uiri: q quando Gal. dicit sanguinem conuerti in coleram cum putrefit intelligit de sanguine in aliquo uno loco constricto qui propter prohibitam transpirationem ⁊ putredinem conuertitur in coleram quantum ad eius subtile. In uenis autem si putrefiat: cum non habeat tantam conculcationē: non sic cito conuertitur in putredinem: ⁊ hoc dicunt Gal. intellexisse ⁊ Auer. qui etiam hoc intellexit de Gal. ut apparet quarto colli. Et nos dicamus q quicunq; accipit moleste rationes auic. accipiat conclusionem contra quam arguit. Et siue illã Gal. uoluit: siue non illo non sit tibi cura. ⁊ uidebis rationes. auic. esse sufficiẽ

de ea etiam usq; ad satietatem. Et fortasse aduenit eis permixtio mẽtis ⁊ obliuiscuntur petere aquam: quare oportet ut sorbeãt de ea paulatim sorbitiones plurimas: ⁊ proprie i eo cuius linguã uides siccã.

Et cura accidentia eius superflua cum eis: que diximus in capitulis suis. Et oportet ut caueatur in eis superfluitas. Sanariũ est enim de eis in quibus magnificatur timor apud eos. Et oportet ut obseruetur anhelitus eorum: ⁊ non dimittas partes pectoris spasmari. Et oportet ut obserues capita eorum cum aceto ⁊ oleo ros. ⁊ sandal' ⁊ aqua ro. ⁊ camfora ⁊ his similibus. Et embroces cum ōcoctionibus in quibus decocta sunt ea: que diximus. Et quando fortes sunt in eis uigilie tunc cura eos

Et non est malum ut i potu des syrupum de papauere etiam: ⁊ si sit de nigro in huius dispositione. Et in fine eius ōda in potu trociscos q conueniunt eis: sicut sunt trociscī de camphora. Et in illa hora cōueit eis syrupus acetosus cū emulsione seminis cucumeris: ⁊ semis endiuie ⁊ seminis portulace ō uno quoq; eorum sit pondus. z. ij. Et syrupi acetosi sit pondus. z. xxv. usq; ad. xxxv. secundum quod uidetur: ⁊ si fuerit illic uentris solutio: tunc dentur trociscī de spodio cōstrictiui. Trociscī boni. ℞. spodij ro. ana. z. ij. ʒ. croci sextam. z. i. seminis portulace seis endiuie ana. z. iij. seminis cucurbite seminis cucumeris ana. z. ij. sandalorũ. z. i. ʒ. succi liquiritie amili ana. z. j. camphore sextam. z. j. ʒ. ⁊ dosis eius sit z. j. Et iterũ ros. z. iiij. se. melonis citrul. cucumeris ⁊ portulace oium añ. z. ij. croci tertia z. z. i. cãphore sextam. z. j. gummi amili dragaganti succi liquiritie ana. z. j. dosis eius. z. ij. ⁊ qum declinat egritudo manifeste: tunc non est malum uti balneo cuius aqua declinat ad frigus. Et illi in quibus magis diligitur balneum ex eis sunt quoꝝ febris est ex phlegmate salso.

De febre sanguinis. C. xliij.

Spinatus est Gal. q nō fit febris san. a putredine sanguinis. Nam sanguis qum putrefit fit colera: ⁊ non ē sanguis. fit ergo tunc febris colerica nō. sanguinea: ⁊ sit causon predicta: ⁊ tertiana: ⁊ cura eam cum illa cura

Hic uero sermo eius est cōtrarius sermoni Hypo. ⁊ contrarius ei qō ē cōueniens: ⁊ plurimũ ꝗdē erroris eius ē i ꝑmōe eius: qñ putrefit sanguis fit colera. Iste enim sermo facit opinari duas intentiones: quarum una est q quando putrefit peruenit ad hoc ut fiat post putredinē colera. ⁊ secūda q quãdo putrefiunt tunc fit colera. Sicut dicitur q lignum quando cale fit: fit cinis. Consideremus itaq; in unaquaq; duarum propositionum. Intellectus uero primus est corrupte acceptionis tribus tes: ⁊ habent proportiones manifestas: ⁊ confessas ab homine sani capitis. Illud autem quod nobis usum est de Gal. est primo: q in hoc quesito ipse fuit ambiguus: ⁊ ideo uerba eius fuerunt uaria in hac febre benebene imponit sib Auer. colliget quarto. Aliquando enim Gal. negauit putridum sanguinem facere febrem in specie sanguinee: ⁊ hoc fuit in pluribus locis. Et aliquando ab ipsa ueritate coactus dixit sanguinem putridum facere febrem sanguineam putridam: ⁊ non in speeie colere sicut innuit. 9. terapentice. ⁊ in hoc Gal. uidetur sibimet contradicere. Et hoc ē qō de eo curialr profert auer. cum dicit q uerba Ga. sunt uaria in hac febre. Si ergo non contradicit est: qō in quibusdã locis loquitur ꝑm suam intentionem. Aliquando loquitur secundum opinionem cōmuniter concessam. ⁊ sic excusatur a contradictione. Sed uisum est nobis: q cum ultimatur intentio Gal. ipse uoluit q de sanguie putrido fiat colera. ⁊ nō febris sanguinea. ⁊ hoc est quia cum sanguis putrefit fit colera. ⁊ illud quod multum dat fidem ō hoc est: quia uiri illustres preteriti plures hoc Gal. imponunt sicut Rasis. 16. continentis secundo capitulo. in principio: ⁊ quarto colliget improbat Gal. de hoc Auer. ⁊ etiam in practica cāticorũ capitulo ō cura morbi frigidi: ⁊ est cōmentum. 68. ac Joannes damascenus de cōso latione secundo capitulo. dicit. Inquit gal. de sanguine cui accidit ut putrefiat: scire debes quoniam subtile eius transit in coleram citrinam. ⁊ grossum i melancoliam. Auer. autem si quis non fingat. hoc sibi imponit: ⁊ ultra hoc sibi in dictis cōtradictionem facit. Aliab. autē reuerenter se habens ad gal. ⁊ etiam Serapio cuz multis alijs dixerunt ueritatem in hoc: ⁊ obmiserunt dicere quid gal. noluerunt: ne ueritate coacti redarguerent eum. Insuper secundo de differentijs febrium monstrauit hanc fuisse eius intentionem. nam in secundo capitulo non enumerauit febrem sanguinis. ⁊ in capitulo. de emitritea concluſit gal. genera febrium: ⁊ nunquam usq; ad illum locuz de febre putrida fecerat mentionem: post quam in secundo libro inceperit de spē fe. loqui. seruabat igitur gal. in mēte uel le dare nouam sententiam de febre sanguinis: ⁊ ideo reuersus est in octauo capitulo. ad inuestigationem sanguinee febris: ⁊ dixit q nulla erat deterior. i. fortior inuestigatio. Sed mirandum esset si gal. uoluisset putrescente sanguine fieri febrez sanguineam: q hec fuisset deterior ⁊ fortior inuestigatio: immo fuisset facilis multum. Et ideo probat gal. demonstratiue. Primo q de sanguine putrido fit febris. secundo probat q hanc febrem reponimus in periodo: ⁊ naturam colerarum febrium: quia sanguis cum putrefit fit colera. ⁊ febris consistit in specie humorum in quos transmutatur sanguis. ⁊ exempla de conuersionibus sanguinis in coleram apostematibus sunt exempla de conuersione eius in coleraz: ubi cunq; putrefiat siue in apostematibus siue in uenis. ⁊ hoc uult in secundo de crisi. ⁊ in terapentica ad glaucõem: ubi confundit curam continue ⁊ curam causonidis in uno capitulo. Et Lassius felix sequitur gal. 9. uero terapentice. uel locutus ē secunduz ueritatem coactus ab illa. uel ꝑm cōem sententiam. Uel dicemus q licet gal. poneret febrem de putrido sanguine non esse sanguineam. sz colericam: posuit tamen aliquam de eis habere exacerbatiões manifestas. ⁊ aliquam esse propinquiorem concluse ⁊ nullam manifestam exacerbationem habere. ut secundo de febribus. fo capitulo. Et ideo gal. expectauit in illo an fieret paroxismus per tertiam ⁊ fuisset colerica continua exacerbatio. sed quia non uenit ille paroxismus non fuit colerica causon. sed peraugmastica. Siue igitur sic sit siue non ponamus aliquem dixisse hoc: q a sanguine putrido nō fit febris in genere sanguinee sed colerice. Et ratio conclusionis sit ista: qz sanguis cū putrefit: fit colera ⁊ non est sanguis.

e Hic uero sermo. Primo inducit auctoritatem ypo. quam nō habemus manifestam: nisi uoluerit accipere hanc sententiam ex primo epidimarum. in fine. ⁊ aliqua ex dictis quarto regiminis acu. fo prosequitur. ibi. Et plurimum. Hic primo ostendit q iste sermo est contrarius ei quod est conueniens. i. ueritati. secundo q est contrarius sermoni ypo. ibi z.ª Uerum ueritas. Primo ponit itel lectum propositionis super qua fundatur opinio gal. secundo prosequitur redargutionem. s. utriusq; intellectus. ibi z.ª Intellectus uero. Considerandum q dicit plurimum erroris est quia radix istius erroris est in propositione illa: cum sit fundamentum opinionis. Et forsan auic. comprehendit alios errores i dictis gal. quos non explicauit nobis: sed solum dixit errorem qui sibi uisus est plurimus. Considerandum q duplex est intellectus notus est in exemplo: si qs enim diceret liguum quando calefit fit cinis: non potest nisi dupliciter intelligi. Uel q eadem est mensura calefactionis ⁊ incinerationis. uel q incineratio esset terminus calefactionis. eodem modo est intellectus propositionis assumpte.

f Intellectus. Primo redarguit gal. intelligendo propositionem suam prio modo. secundo intelligendo secundo modo. ibi z.ª Quod uero. Dicit primo primus intellectus est corruptus. Et considera q auic. non dicit primuz intellectũ

UVA. BHSC. IyR_029

esse falsum. immo dicit q̄ est falsē siue corrupte acceptionis. ¶Nam propositio sub illo intellectu est uera. s. q̄ sanguis post putredinem est uel fit colera; ita q̄ esse coleram est terminus illius transmutationis: sicut generatio est terminus alterationis. Quāuis tamen propositio sit uera corruptē tamen accipitur: quia ex ea concessa non sequitur conclusio gal'. Et hoc probat tribus rationibus semp concedendo propositionem sub intellectu dicto immo semper ponit illam in silogismo. Et primo arguit sic. Sanguis quando putrefit. i. in fine putredinis est colera quantum ad partem subtilem ⁊ est melancolia quantum ad partē grossam siue spissam. ergo totus sanguis nō fit uel non est colera: ⁊ per consequens non debet dici febris colerica: plus q̄z melancolica: ut dicit post. consequētia ē nota. añs quantum ad primam partem est propositio gal'. sub prīo intellectu. Sed quantum ad aliam partem est propositio necessaria: quia sicut subtile sanguinis est factum colera in fine trāsmutationis: ita oportet necessario q̄ grossum eius sit factuz melancolia. Consideradum q̄ gal'. perpendit de ista ratiōe que debebat contra eum fieri. sed soluit sic secundo de differētijs febrium: ⁊ secundo de crisi q̄ ad conuersionez subtilis partis sanguinis in coleram sufficit parua transmutatio ⁊ leuiter fit sed ad conuersionē partis grosse in melancoliā requiritur multa transmutatio: ⁊ non sic cito fit. Cum ergo subtile sanguinis est factum colera: eius grossum non est factum melancolia. sed est in medio termino constitutuz. s. in medio motus a sanguine in melancoliā. ⁊ hoc innuit ga. occulte secūdo de crisi. xij. capitulo. ubi cum frequenter prius dixisset: q̄ genera febrium sunt tria: ⁊ dedisset causam quia sanguis cum putrefit non remanet sanguis sed fit colera. Ne aliquis diceret etiam fit melancolia: dixit: colera generatur cum superfluet caliditas in re plus q̄z oportet. De melancolia uero dixit melancolia generatur quando calidum ualde superfluit. Clarius autem uoluit soluere hanc rationem secundo de differentijs febrium. ubi dicit. Si uero supercoquatur. transmutatur quidē eius subtilissimum simul ⁊ pingue in flauam coleram. quod uero grossius in nigram coleram sicut inuocatis carbunculis. ex his enim sanguine feruente trāsitus sit i mlicū hūorē: ⁊ tūc gal'. oñdit q̄lis mlicus hūor ē iste q: ñ ē ve mlicus: sz est in uia ad melancoliā. Unde subdit. Ita autem oportet intelligere humorē melancolicum: ita ut non effectum certissime nigram coleram sed in medio termino constitutum. i. in motu ubi est dare medium terminum: cum mobile duz mouetur partim sit in termino a quo ⁊ partim in termino ad quem. Sed quando gal. se defendit sic cum intellectu proprie propositionis assumpte. e. ipsum ligat. nam facta colera uel reliqua pars est sub forma sanguinis ⁊ sic febris debet dici sanguinea: quia ille est humor super quo est transmutatio: que ē putredo: uel est sub forma melancolie. ⁊ sic habetur secundi propositum. Et si hic caderet speculatio per gal. esset speculatio de medio motus. ⁊ non iuuaret euz. Et iam in nostra iuuentute formauimus istum sillogismum meum in prima figura in secundo modo sic. ¶Nullum conuersum in melancoliam quantum ad partem ⁊ coleram: quantum ad partem debet dici conuersum in coleram secundum totalitatem. Sed omnis sanguis post putredinem est secundum partem conuersus in melancoliam ⁊ secundum partem in coleram. Ergo nullus sanguis debet dici secundum totalitatem conuersus in coleram. Alij autem magistri dicunt rationem auic. debere solui per hoc q̄ illa pars melancolie parua est: sed sine dubio non est sic parua: quin possit facere febrem: ⁊ nullam facit nisi melancolicam si est melancolia. uel saltem erit febris colerica non pura sed permixta melancolie: q̄d nunquam gal. uoluit.

a Et secundus. Ostendit secundum modum corrupte acceptionis. ⁊ est secūda ratio contra gal'. ⁊ arguit sic. Conuersio sanguinis putrescentis in coleram ē p̄ putredinem: ergo febris de sanguine putrido non est colerica sed sanguinea. accidens est propositio gal. sub intellectu primo. consequentia probatur quia cōsideratio nostra quando dicimus sanguis putridus facit febrem: est consideratio de sanguine quando disponitur per putredinem: ita q̄ putredo est sibi forma. ¶Potest autem formari silogismus multipliciter: sed formatur in secunda figura sic. Omnis sanguis faciens febrem est in dispositione putredinis. ¶Nullus sanguis factus colera est in dispositione putredinis: ergo nullus sanguis factus colera est faciens febrem. Iste tamen silogismus melius adiacet 2ª rationi sed rationi tertie magis conuenit in primo modo secūde figure sic. ¶Nullus sanguis factus colera ē in dispositione putredinis. Omnis sanguis faciens febrez est in dispositione putredinis. ergo nullus sanguis faciens febrem est factus colera.

b Et tertius. Ostendit tertium modum corrupte acceptionis. ⁊ est tertia ratio contra gal. ⁊ primo facit illam. secundo eaz uigorat ibi secunda. Et significatio ¶Primo arguit sic. Galic. Colera generata ex putredine sanguinis potest esse non putride: ergo potest facere non febrem: ⁊ hoc est contra gal. quia illa febris non erit colerica. consequentia est nota. añs probatur. quia a re putrida non sēper resultant res que sint putride. quia nec subtile nec grossum, nec oportet: q̄ sit putridum. Fiunt enim ex putredine non putrida: Et uoluit auic. nos intelligere exempla ista aceti ⁊ uermis: que fiunt ex putredine. ¶Potest autem formari silogismus contra. gal. modo predicto ⁊ alio sic. ¶Nullum generatuz post putredinem est necessario putridum. Omnis colera generata ex putredine sanguinis est generata post putredinem. ergo nulla talis est necessario putrida: ⁊ est in secundo modo prime figure.

c Et ñ generatio. Uult auic. concedere aduersario: q̄ illud quod generatur a putredine: sit putridum: ⁊ tunc arguit: q̄ ex hoc sequitur q̄ febris de sanguine putrido sit colerica ⁊ melancolica: ⁊ tunc cōcludit ⁊ pz. Uidetur nubi quosdā uoluisse soluere istam rationem sic. colera que fit ex sanguie putrido non ē semper putrida: ⁊ ideo non facit febrem colericam. ¶Hec solutio per gal. nihil est: q: sequitur ergo febris de sanguine putrido non semper est colerica.

d Quod uero. ¶Hic procedit ad redarguendum gal. intelligendo propositionem suam secundo intellectu. Est autem secundus intellectus iste sanguis quā do putrefit: tunc fit colera: ita q̄ per nullam mensuram est uerum dicere sanguis putrefit: pro qua non sit uerum dicere sanguis fit colera. Et dicit primo q̄ hoc est mendacium. ⁊ inducit tres rationes. Ad quaruz intellectum est considerandum: q̄ auic. presupponit gal. intelligere hic per coleram humorem qui actu est colera. s. habens formam ⁊ speciem colere: ita q̄ quando dicimus: dum sanguis putrefit: fit colera: intelligatur. i. colera actu. Et q̄ talis fuerit intellectus auic. de gal'. apparet i tertia ratione. Apparet ēt alr quia sñia gal'. nulla esz: quia si gā. ⁊ ā. idē intelligerent: quādo dicimus sanguis dum putrefit fit colera. i. disponitur ut fiat colera: non tamen habet esse colere ⁊ formam eius: non sequeret ex hoc q̄ febris de sanguine esset coleri cā: quod tamen gal. uoluit concludere. Similiter hic esset intellect⁹ primus propriuſ gal. ⁊ nō esset mendacium purū. ergo oportet q̄ intellectus secundus sit talis: sanguis quando putrefit. i. dum est in putrefieri est actu colera: ita q̄ nullum est signare tēpus nec instans putredinis: in quo non sit uerum dicere sanguis est colera quantum ad partem subtilem. ¶Hoc pre intellecto arguitur sic. q̄d est in uia corruptionis non est corruptum: sed sanguis dum putrefit est in uia corruptionis ergo non est corruptus. Et tunc prosollogizetur sic. Sanguis non ē corruptus: ergo non est factus colera: quia generatio colere huius est per sanguinis corruptionem. ¶Ponit ergo probationem minoris cum dicit putredo est in uia corruptionis: ⁊ ē propositio nota. Et si uis hic te extendere considera dicta quarto methaurorum: ⁊ uide Trusianuz tractatu tertio libro tegni. qui disputat de hoc.

e Et putredo. ¶Hec est quarta ratio quam rationem plures male intelligunt. Credunt enim quidam tertum esse transpositum: ⁊ uolunt dicere putredo non fit nisi quod in tempore: ⁊ conuersio sanguinis in coleram non habet tempus sed fit in instanti. Sed ista transpositio est corruptio textus auic. quia non esset ratio alia in uirtute a ratione precedente. Aliter igitur intendit auic. ⁊ arguit sic. Conuersio sanguinis in coleram fit i tempore: sed putredo sanguinis non fit in tempore immo in instanti. ergo putredo sanguinis non est conuersio sanguinis ad coleram. Ad cuius rationis intellectum est considerandum: q̄ generatio fit in tempore non q̄ tempus sit uera mensura generationis: ut est transmutatio i substanti ⁊ q̄ illa fit in instanti. Sed dicitur fieri in tēpore quia generationē necessario precedit alteratio. Et ideo generatio in substantia est finis motus. Unde. 8. phisicorum commento. 34. dicit commentator: q̄ generatio aut est alteratio: aut finis alterationis. ¶Preter hoc sciendū: q̄ putrefactio non habet tempus. s. iniciatiuum: sed inciat ab istāti i potentia Et ista oportet esse intellecta in sexto phisicorum. Ex quibus apparet: q̄ auic. phisice arguit contra gal. sic tu dicis q̄ sanguis dum putrefit tunc est colera. sed hoc est falsum: quia uerum est dicere de sanguine q̄ putrefit in instanti: sed conuersio in coleram non fit in instanti. immo tempus oportet aduenire in quo fiat ista conuersio in sanguinem. Sed tu dices dico q̄ in primo instanti inchoatiuo putredinis sanguis est colera p aliquam calefactionem precedentem ante putredinem. Dicendum q̄ aut totus est colera: ⁊ hoc est impossibile: quia tunc nunq̄z sanguis putrefit: q: nec prius. s. ante istās illud: nec posterius: cum non sit sanguis uel aliqua pars sanguinis in prīo istāti putredinis inchoatiuo est facta colera: ⁊ tunc aliqua pars̄ per putredinē post istās illud fit colera: sed non fit in prīo istās post illud: quia instantia non sunt imediata. ergo sequitur p positū: q̄ est dare instans inchoatiuū putredis sāguis: in quo sanguis nō est colera. Et si bene consideretur ista ratio fa ⁊ prima sunt una ratio uia diuisiua sic: ¶Nam quando dicitur quando sanguis putrefit fit colera: tunc. i. tunc habet esse colera. Uel putrefactio accipitur pro tota dispositione usq̄z ad primū istās generari esse colere: uel accipitur pro primo instanti putredinis: ⁊ hoc modo concedatur hic: q̄ in motu sit dare primū mutatum esse saltem in potentia. Si quidē putredo accipiatur p tota dispositione usq̄z ad ultimum putrefactum esse: q̄d est principium generatum esse colere: tunc propositio gal. est falsa. quia sanguis dum est i uia corruptionis non est corruptus: sed dum est in putredine pro dispositione: tunc est in uia corruptionis. ergo non est corruptus. ⁊ per consequēns non est factus colera. Si autem putredo accipiatur pro primo instanti inchoationis putredinis ante quod instans nulla fuit putredo. tunc propositio gal. est flā. quia sanguinem fieri coleram necessario requiritur tēpus: sed ad putredinem habere illud esse inchoatiuum non requiritur tēpus: quia ut sic putredo non habet tempus: ergo pro tunc sanguis putridus non est colera: ⁊ tunc ista ratio est pulebrior ⁊ efficatior: ¶Nam propositio de qua est dubium. ⁊ non paruum erat concessa ab aduersario. s. q̄ putrefactio non habet tempus: ⁊ arguitur per rationez: pz. Uel erat negata ⁊ tunc arguitur per rationem primaz. Et post multos ānos post primam expositionem factam inuenimus: q̄ Dynus intellerit istū passum sicut nos dixim⁹. Sed tu dices gal. potest dicere: q̄ putrefactio accipitur pro putrefactio esse: quod est primum incineratum esse: q̄d est et primum generatum esse colere. Dicendum q̄ in illo modo procedunt ille tres rationes prime: quia ille est primus intellectus ꝓpositionis contra quem auic. iam arguit si consideres. Uel dicendum q̄ tunc auic. arguit sic. Conuersio sanguinis in coleram fit in tempore ergo illud putrefactum esse precessit aliqua dispositio in tempore. sed illa erat putredo: que est in tempore ante ultimum instans putrefacti esse: ergo prius tpe ante illud instans erat febris. ⁊ non erat colera. Et hoc modo posset for

si generatio eius a putredine faceret putredinem eius necessariam: oporteret ut spissum cinerulentuz iterum esset putridum. Esset ergo illic febris melancolica iterū: hoc ergo ē illud q̄d facit eē neecessariū expositio eius: q̄ primum intellectum est. Q̄d uero intelligitur secundo est mendatium: quoniam putredo est uia corruptionis. Et putredo quidem non habet tempus. Et conuersio sanguinis in coleram non fit nisi in tempore. Et putredo quidem est corruptio accidens sanguini ⁊ est sanguis: sicut accidit phlegmati ⁊ est phlegma ⁊ nō colera neq̄z melancolia: nisi cō modis: quorum primus est: q̄ sanguis quando putrefit conuertitur subtile eius ad coleram malam: ⁊ spissum eius ad melancoliam non ergo cum totalitate sua fit colera. Et secundus ē: q̄ illud fit post putredinem ⁊ nostra consideratio ē in dispositione putredinis. Et tertius est: quoniam post illud fit colera ⁊ non scimus an in ea sic putredo an non. nā plurime res putrefiunt, ⁊ separatur ex eis subtile ⁊ spissum: ⁊ non est in spisso: neq̄z in subtili putredo: quoniam non est necessarium ut sit putridum id: q̄d generatur a putrido fit enim ex putredine: q̄d non est putridum. Et

mari: secunda ratio ista. Et putredo. Hec est tertia ratio uel secunda. Et arguit sic. Sicut se habet de putredine flegmatis: ita se habet de putredine sanguinis: sed cum flegma putrescit est flegma: ⁊ non colera: neq; melancolia: nisi cum est conuersum per complementum putredinis. ergo sanguis cum putrefit non est colera sed est sanguis. Quidam autē rudes uolunt soluere istam rationem negando similitudinem propter hoc: q flegma est humor ineptus conuersioni in coleram. sanguis autez est aptus. sed hoc nihil facit ad rationem auic. quia concluditur q aliqua mensura temporis est: qua sanguis est putridus: ⁊ non est colera ⁊ hoc sufficit ad ostendendum q propositio ē falsa: que dicit sanguis dum putrefit est colera ⁊ non solum sufficit ad falsificandum illam: q aliqua mensura temporis est qua sanguis est putridus: ⁊ non sit colera: sed q aliqua mensura in instanti ut ostēdit ratio precedens: ⁊ hoc sufficiat auic. Si autem tu uis disputare cū. A. ⁊ loqui de colera facta ex putredine post putredinem: tunc uade ad rationes suas contra primum intellectum ppositionis gal. quare procedunt iste rationes.

a Uerum ⁊c. Generatur febris. s. sanguinea ⁊ non colerica. Sz dubitatur tunc utrū sit uia concordie inter Gal. ⁊ auic. in isto quesito. Et dicamus: q licet Thadeus in glosa Joannicij se de medio horum uirorum abstulerit. tamen concordari possunt. Propter qō considerandum: q sermo Gal. in febre de sanguine putrido: qz reponit in genere colericarum: est in febre de sanguine in quo putredo accidit propter superfluam quantitatem suffocatiuam. Unde ex hoc putredo sibi accidit. Hec ergo febris putrida cum considerata fuerit ſm iudicium philosophi naturalis dicetur febris sanguinea de sanguine putrido: ⁊ non dicetur colerica. ⁊ hac uia processit auic. Unde omnes iste positiones quibus arguit sunt naturalis philosophi. Et apparet q auic. est contentus habere contra Gal. q in primo instanti iniciativo putredinis sit putredo in sanguine. ⁊ tamen non fit colera: ⁊ esse hoc uel aliud instans uel mensura impercepitibilis est illud: quod medicus non considerat. Gal. autem considerauit dictam febrem ſm iudicium medici operantis ad curationem febrium: ⁊ dixit hanc febrem de sanguine putrido esse coleram. Unde maxime reperitur habere analogiam paroxismoruz tertiane. ⁊ causa est quia sanguis predictus habet multum de unctuoso. ⁊ ideo cum putredo in eo incipit statim declinat ad naturam colericam: ita q licet sit dare aliquam mensuram temporis: in qua illius sanguinis nulla pars est facta colera: tamen illud tempus est ualde breue: ⁊ non cōsideratum a medico. quare ergo sanguis putridus quasi ab ipso principio putredinis associat sibi coleram calidam feruentem ⁊ malam: posito q non esset uere putrida: tamen est mala ⁊ inflammata. ideo febris ista sanguinea debet uocari colerica hoc modo: ⁊ istud non accidit in reliqs febribus. Cum enim putrefit melancolia aut fla: non statiz associat sibi i putredine coleram per partem horum humorum: que conuertatur in illam colcram. ⁊ ideo iste possunt dici febres flegmatice colerice ⁊ etiā melancolice absolute. sed febris de putrido sanguine statim a principio potest dici febris colerica: ⁊ curari etiam debet illa cura per alterātia ⁊ euacuantia ⁊ remittentia acuitatem colere. ⁊ ideo Auēzoar in capitulo de febre sanguinis. anteqz faciat in ea flobotomiam suadet dare aliquam medicinam: que coleram euacuet. Et sine dubio si uides: q multiplicata sit colera ante flobotomiam: oportet facere quod precipit Auenzoar. Sed si non sit multum multiplicata uel sit adhuc in sanguine oz a flobotomia incipere. Hoc ergo modo possunt concordari hij duo uiri ⁊c.

b Dicamus ergo. Post opinionem Gal. ponit sententiam suaz. Et primo diuidit febres sanguinis in primas suas species. secundo comparat illas ad alias febres. tertio ponit eius causas. quarto ponit eius species duas. quinto ponit febris sanguis crisim. ibi z^a. Et est de summa. z^a ibi Et causa quidem. ibi 4^a. Et eius species. ibi 5^a. Et eius cōsumptio. In prima parte ponit hanc diuisionem febris sanguinis. quedam putredinalis ⁊ quedam est sine putredine: que est febris solius calefactionis ⁊ ebulitionis. ⁊ imponit nomen huic q ē sinocha sine putredine. ⁊ dicit q ypo. nominauit eam sinocham concluſaz imponens sibi hoc nomen: ⁊ non alijs se. Hoc enim uocabulum sinocha idem est q febris de sanguine non putrefacto. sed sinochus est febris de sanguine putrefacto. ut dicit Simon ianuensis. conclusam. i. causam uniformem in suo motu non habentem exacerbationes aliquas: sicut habent eas alie febres. Nam sinochus cū putredine sanguinis habere potest exfortiationes ut supra dictum est.

Considerandum q totus iste sermo potest referri ad sinochas ambas. s. cum putredine ⁊ sine. quia ambe sunt continue concluse sine alijs febribus: ⁊ proprie hoc eis competit ⁊ non alijs febribus. Hic caderet aliud dubium an ex alio humore a sanguine possit fieri febris per solam calefactionem absqz putredine. ⁊ de hac prolixe notauimus super libro ꝑo de dīijs febrium.

c Et plurimum. In ista parte ponit quasdam causas ebulitiōis sanguinis quia est opilatio. ⁊ hoc quia prohibet euacuatione. unde fit inflāmatio. Et apparet q opilatio suffocatiua. i. prohibitiua euacuationis potest esse causa ebulionis putrefactiue: ⁊ sine putrefactione ſm corporum diuersitatem ⁊ ſm ordinem: quia prius causat solam ebulitionem: deinde sequi potest putredo: licet tales ordo non sit necessarius semper. Post enim fieri sinocha putredinalis non precedente sinocha sine putredie. Et tu considera.

d Et quandoqz fit alijs causis. Ut ira labore ⁊ alijs causis calefacientibus. ⁊ considerata dispositione spirituum maiori: qz sit dispositio sanguinis. dispositione dico generali. Causam inflammantes sanguinem oportet esse uehementiores causis facientibus effimeram. s. inflammantibus spirituz. ⁊ hoc est qō dicit. Que uehementes fiunt supra uehementiam febris effimere. i. supra uigorem causarum facientium effimeram.

e Et nominatur profundi somni. Multa nomina inueniuntur ab auctoribus de hac febre: sed profunditas somn fit in ea multis uaporibus humidis elevatis ad caput. ⁊ plus contingit sinoche absqz putredine: quia illius uapores sunt mites: fortis. s. somni. Et ē idē q ꝑfundi somni. Et fit hec fortitudo ex opilatione etiam uenarum subeticaruz. Uel fortis. s. febris. i. ista ē una fortis febris quia multi caloris.

f Et est. Comparat feb. prio sinocham siue conclusaz sine putredine ad alias febres. ꝺo sinocham cum putredine. ibi ꝺa. Et uidetur. Considerandum q auic. innuit hanc febrem habere rationem medij per abnegationem. nam cum sit febris non effimera. quia primum calefactum in effimera est spiritus. sz in sinocha sine putredine est humor. Similiter non est putrida quia in putridis humor est putridus: sed sanguis in febre ista non inest putredo. Ex his apparet q febris hec est media per participationem: nam participat natura effimerarum inquantum est quedam caliditas simplex. ⁊ est in uaporibus sanguinis: sz participat natura putridarum inquantum est in humoribus. Hec omnia sunt itelecta a Gal. 9. terapentice.

g Et est febris acuta. Quasi dicat licet conueniat in effimera: tamen est acuta: quia est uehemens. s. in qua est timor cum uelocitate finis. sed effimera non est acuta licet sit breuis. ut supra hac fen. tertio capitulo. ⁊ intelliguntur ista ex fine libri de creticis.

h Hec ethica. Datet. ⁊ qz̄uis non sit putrida potest permutari ad putridam ⁊ quāuis non sit ethica potest tamen permutari ad ethicam uel potest eaz sequi ethica. ⁊ hec omnia sunt nota.

i Et multotiens ⁊c. Gal. 9. terapentice. ⁊. 8. cursu diei febrium effimeraruz: q ponit eaz intra effimeras.

k Et uidetur. Hoc dictum non inuenio a. G. nisi auic. sumpsisset hoc ex secundo de differentijs febrium. cum dixit ea que in putrido sanguine febrem simpliciorem esse his que in alijs sunt humoribus. Et forsan q ad linguam arabicam translatus ille sermo hoc significabit: sed expositores nostri cōmuniter exponunt simpliciorem. i. mitiorem. Quid autem nos intelligamus de illo textu obmittimus hic. Dubitatur unde sequitur putredo sanguis est cōis omni humori: ergo febris sanguinis non componitur cum alijs febribus. Dicendum q sanguis potest putrefieri quandoqz per dominium melancolie in eo: ⁊ hoc q sanguis conuertitur ad frigidum ⁊ siccum: uel flegmatis: quia cōuertitur ad frigidum ⁊ humidum. ⁊ ſm hoc febres sanguinis sunt tres: ⁊ eas deducit Auer. in cōmento practice canticorum. 68. cōmento. Et hoc modo putredo sanguinis potest dici cōis omni humori alternatiue: quia modo possit conuerti ad naturā unius: modo ad naturam alterius. ⁊ ſm hoc putredo sanguinis: quando est in sanguine totius uel magnorum uasorum facit febrem simplicem: non compositam cum alia febre de eodem toto sanguine: quia impossibile est totum sanguinem declinare nisi ad unam complexionem siue combinationem complexionis puta ad dominium unius humoris. Si enim totus declinat ad frigidum ⁊ siccū melancolicum impossibile est q totus declinet ad calidum ⁊ siccum uel frigiduz ⁊ humidum. ⁊ hoc forsan intellexit auic. de Gal. Sed tunc auic. redarguit Ga. quia in hoc est contradictio. nam auic. dicet q in uenis cum sanguine potest reperiri colera melancolia ⁊ flegma preter illas: in quas sanguis declinat per sui distemperantiam. ⁊ tunc fieri poterit febris flegmatica sanguinea: quia sanguis declinat ad frigidum ⁊ humidum: ⁊ cum hoc poterit fieri colerica uel melancolica de his humoribus: qui reperiri possunt sanguini mixti: ut intelligit in libro elementorum gal. Dicet etiam auic. q febris de sanguīe melancolico potest cō poni cum febre de melancolia: in quam sanguis ille melancolicus transmutatus est: ita q alia erit febris de sanguine melancolico stante sub forma sanguinis: ⁊ alia esset febris de melancolico humore in quem ille sanguis est transmutuus. Apparet igitur quo modo deducit consequentia gal. ⁊ quo modo impugnatur ponendo putredinem per declinationem sanguinis ad materiam alicuius humoris. Alio modo potest sanguis putrefieri ex solo peccato quantitatis: ⁊ quando sanguis in uenis sola quantitate peccans putrescit. tunc febris ex eo non potest componi cum alia febre. nam in tali sanguine continetur in uirtute ⁊ putrefit omnis humor: ⁊ nullus continetur in eo in actu. s. ante putredinem: quia tūc non peccasset sola quantitate sed qualitate propter peccatum alterius humoris ab eo cum exūtis. Ex quibus apparet q sic intelligendo ga. uoluit q in uenis cū sanguine nullus sit humor in actu. ⁊ si aliquis est statim per illum sanguis dicit peccans in qualitate. ⁊ ex hoc accipitur: q febris cum sanguine non componit cum alia febre. pu. s. que fiat ex humore: qui prius fuisset cum sanguine ante putredinem: sed in hoc contra dicitur quibusdam dictis gal. in libro elementoruz ubi concedit q cum sanguine sint humores alij ab illo distincti. ⁊ est opinio cōmunior medicorum: licet alia sit phisicorum ⁊ forsan uerior. ⁊ tunc dicit q non uult prolongare sermonem. quia non iuuatur cum eo medicus. s. non iuuatur i prolongatione sermonis: cum non sit in prolongatione sermonis utilitas: ut tertio. iz^o uel exponendo melius q non iuuat medicus in eo in quo fundatur hec contrarietas. s. an in uenis sunt humores distincti ſm formā an omnes sint sub forma sanguinis ⁊ actuentur per separationem ab eo. Conciliator uero differē tia. 90. aliter assignat istam contradictionem in dictis gal. Nam primo gal. dicit in ꝺo de dīijs febrium. q hec febris sanguinea est simplicior. i. non componibilis cum alia febre. contrarium huius dicit gal. eodez ꝺo libro penultimo capitulo. ubi dicit. Si uero imbecillis quādoqz facta fuerit: ⁊ hec uirtus causa erit ⁊ non solum superfluitatis: sed ipse sanguis etiam corrumpatur: ⁊ putrefiat: ⁊ accendat febrem. ⁊ si predictus adhuc seruatur calor duplex est species febriuz ad inuicem complicatarum. Credit autem conciliator istam contradictionem se dare: quia febris putrida de sanguine in uenis non componitur cuz alia febre.

q calefactum primum in ea est humor: ⁊ differt a febribus putredinis: quoniam non est ei putredo ⁊ est febris acuta[g] non febris ephimera: neq; febris ethica[h]: neq; febris putredinis. Et multotiens[i] quidem permutatur ad febrem putredinis aut febrem ethicam. Et multotiens quidem facit eam currere Gal. cursu febrium diei. Et uidet[k] Gal. q febris sanguinis nō componitur cum reliquis febrib⁹ quoniam putredo in sanguine est communis omni humori: ⁊ in hoc est contradictio quibusdam intentionibus suis in quo non est necesse prolongare sermonem: quoniam non iuuatur cum eo medicus.

uertatur post illud cum cōplemento putredinis. Uerum[a] ueritas sana est sermo Hypo: q ex sanguinis putride generatur febris. Dicamus[b] ergo nūc q febris sanguis est febris putredinis ⁊ febris calefactionis ⁊ ebulitionis quam nominauit Hyppo. sinochum cōclusum sine alijs. Et plurimum[c] ebullitionis eius est ex opillatione suffocante caliditatez. Et quādoqz[d] fit a causis alijs que uehemētes fiunt supra uehemētiam febris ephimere ⁊ nominatur[e] profundi somni fortis: ⁊ est[f] de summa febrium que sunt inter febres putredinis: ⁊ febres ephimeras: que differunt a febribus ephimeris propterea

UVA. BHSC. IyR_029

Et hoc est quod dixit primo q ipsa est simplicior: sed bene componitur cum alia febre: quando sanguis putrefit in apostemate: ⁊ hoc dixit so. ¶Nos iaz diputauimus questionem ⁊ scripsimus contra eum: ubi tenuimus q febris de sanguine putrido dicta sinochq potest componi cum alijs febribus putridis. licet eius calor obumbret aliarum calorem. ut dixit ysaac fe. 5. Et si quis bene consideret utrosqz textus gal. so de differentijs febrium. non bene intelligit ut ibidē exposuimus ⁊ hic obmittimus hec.

a Et causa. ¶Hic ponit causas quas Gal'. ponit. 9. terapentice Et dicit q causa est repletio .s. que ē plectoria ⁊ opilatio. ⁊ hoc quia prohibet transpirationez unde fit inflammatio: ⁊ prohibens exitum uaporum est causa multiplicationis in sanguine .i. non minorationis. exercitiuz inflammat: ⁊ dilatat materias repletionales: ⁊ iste sunt cāe cōmunes utriusqz sinoche.

b Et quandoqz. Quod differat aquositas sanguinis ⁊ hūor crudus. i. flegma crudum ē notum. ⁊ propinqua. s. causa putredinis: quia cum hoc q sāguinem indisponit est causa opilationis.

c Et eius quidem. Considerāndum q cōmunitas materie est eam cōmunicare oībus uenis: ⁊ talem repletionez facit sāguis. Cuius causam Dynus assignat: quia multiplicatio sanguinis: qui tenet naturam sanguinis sequitur multiplicationem ⁊ proprietatem sanguinis sed talis multiplicatio est communis omnibus uenis. s. sanguinis materie: q sanguis est humor temperat⁹. ⁊ ideo eius multiplicatio non insequitur aliqō distemperamentum membri: sicut alij humores: qui in distemperamento consistunt: ⁊ ideo multiplicatio sanguinis sequitur multiplicationem materie tenentis formam sanguinis. Et ex hoc apparet q putredo sanguinis est cōibus omnibus uenis: sed si in sanguine fiat peccatum per se ⁊ non fiat peccatuz quod insequatur multiplicationem: hoc non fit nisi peccato alicuius membri multiplicantis in sanguine alium humorē ab eo. ⁊ tunc fit febris periodica. ¶Nos autem in scientia generali de humoribus iam diximus contra Dynum: q sanguinis ueri multiplicatio potest fieri ex agente ut epate calido ⁊ humido ⁊ ex materia. ut ex cibis sanguineis: sicut etiam flegmatis multiplicatio fit ex agente ut epate frigido ⁊ humido: ⁊ materia ut cibis flegmaticis. Amplius eo concesso quod dicit Dynus remanet anrietas. q re sanguine replente omnes uenas aut marime principales non habet putrefactiones. secundum periodos occupante calido preter naturam modo unam partem sanguinis modo aliam. ¶Dicamus ergo tres propositiones. ¶Prima q sicut flegmati inest proprietas quas omni die concumulatur: ut faciat febrem: ⁊ colere qua omni tertia die sic sanguini qua continuam faciat usque ad salutēm uel mortem. Unde dictum est infra ab. A. q unicuiqz humori inest periodus: q sibi conuenit. Secunda propositio est: q ad istam continuitatem adiuuat eius multitudo: que fit in omnibus uenis ex eius multitudine in toto. ⁊ aptitudine ad caliditatem actualem totus inflammatur. i. totus est inflāmatus. ⁊ nō est aliqua pars sensibilis uel nō expectatur aliqua pars aggreganda: uel actuanda: que iterum debeat calefieri: sed colera uel flegma ⁊ melancolia non tota putrefiunt: sz pars. qua resoluta possibile est q alia reaggregatur: ⁊ quia ista causa sine prima non est omnino sufficiens. ideo. A. statim subiunxit. ⁊ eius adherentiam ⁊c. quasi. d. febris sanguinea non est periodica: quia sanguis est materia cōmunis omnibus uenis. Et signum huius. s. q non sit periodica est. quia ipsa est continua uniformis usqz ad crisim. s. usqz ad salutem uel ad mortez. Tertia propositio est: q non est impossibile de sanguine fieri febrem habentem periodum. ¶Ratio sanguis potest ſm periodum aggregari: ⁊ putrefieri in uenis: uel extra uenas. ergo febris sanguinea potest esse periodica: consequentia ē nota. antecedens probatur. quia aliquis homo omni die uel tertia die. uel ſm alium periodum potest emittere per nares uel per uentrem aliquam quantitatem sanguinis. ¶Pone igitur q retineatur in uenis uel pellatur ad extra uenas ⁊ corrumpatur ergo potest facere febrem. Et apparet ex dictis q ex sanguine potest fieri interpollata. i. febris periodica de materia extra uenas. ¶Nam sanguis potest ſm certam mensuram temporis preter naturam pelli ad extra uenas. Cuius ratio est: quia ad quācunqz partem corporis potest pelli sanguis ſm naturam: ad illam potest pelli preter naturam. sed ad loca extra uenas gradatiz conuersus in hūiditates pōt pelli. ergo ex causis aliquibus potest pelli non gradatim. Unde uisus est homo qui sudauit sanguineum sudorem. Considerandū tamen q usti modi sanguinis forsan non sunt sic ueri: sicut sanguis qui in toto multiplicatur. ex quo fit febris sanguinea sinoca uera. ⁊ sine dubio ita est ut in pluribus. Cuz sanguis in toto habundans: qui est uerus sanguis: est imaginabile q uincatur a natura ⁊ hodie expellatur una libra ⁊ cras alia: ⁊ sic est imaginabile q hodie una libra retenta. i. non euacuata putrefiat: ⁊ resoluatur antequam alia libra putrefiat. In his ergo dictis uolumus satisfieri quesito: an febris sanguis sit periodica. ⁊ de his diximus prolixe so de dſijs febrium.

d Et eius species. Considerandum q hic accipimus tres famosas species sinoche quas licet auic. adaptet ad sinocham putredinalem. ut etiam Alzarauius: tamen ad sinocham sine putredine possunt adaptari. ut intelligitur a Gal'. 9°. tera pentice. Considerandum secundo q licet in febre peraugmastica. i. declinatiua sola declinatio sit apparens. tamen in ea sunt omnia quattuor tempora'. sed sunt occulta ⁊ ita in alijs quattuor speciebus: Dubitatur primo de causa: quā dat auic. ¶Nam si quid resoluitur de uapore est plus q̄z putrefactio. i. qō per putrefactionem eleuatur. ergo cessabit febris. Diximus alias duas solutiones: que in re una sunt. ¶Prima est q quantitas uaporis attingens cor est duplex Una qua uapor facit febrem: ⁊ ab hac si fuerit diminutio non fiet febris. Alia est qua uapor facit tantam febrem qua minor fieri potest: ⁊ etiam maior. ⁊ ad hanc quantitatem fit comparatio uaporis qui resoluitur. Si enim est minor q̄z ille: qui incipit facere febrem tantam: tunc procedit se. minuendo. si minor procedit addendo. si equalis erit modi unius. Secunda solutio ē q quantitas uaporis sanguinis facientis febrem est habens latitudinem: q: minor illa ⁊ maior potest facere febrem. cum ergo inchoat febris a uapore alicuius quantitatis: si uapor illo minor succedit. quia plus resoluitur qz prius tunc fit peraugmastica. si maior tunc augmastica. Sed tu dices pone q aliqua febris incipiat a uapore tante quantitatis qua minor non potest facere febrem. ⁊ tunc succedens uapor fit minor. ergo ista febris non habebit nisi inchoationem. Dicendum q casu posito sequitur necessario. ⁊ uidemus i bo mimb⁹ aliquando quosdam subitos calores subito recedentes. ⁊ si perseuerarent esset uera: ⁊ mānifesta febris. Et possemus nos extēdere hic ad multa. Dubitatur secundo quare ex alijs humoribus a sanguine non fiunt paroxismi habentes tres dictas differentias. Et causa huius dubitationis est: q: tertiana unius paroxismi est uni febri sinoche similis. quare ergo colera putrescente non pōt dici q in aliquo corpore quātitas uaporis petētis cor est amplior eo qō resoluitur: ⁊ i quodam minor: ⁊ quodam equalis. Et tūc erit un⁹ paroxismus tertiāe augmasticus: ⁊ alius paroxismus erit peraugmasticus: ⁊ alius homotenus. Dicendum q in febre sanguinea cū eius materia sit cōmunis: ⁊ i uenis non est precipuus locus patiens. ⁊ ideo statim cum inchoat multitudo uaporum petit cor: a qua multitudine in prima parte temporis petente cor potest fieri diminutio uel additio ad illam uel paritas ad illam unde sunt tres species dicte sinoche. Sed in febribus interpollatis quia humor habet precipuum locum fit principium cum typo: ⁊ parua euaporatione propter calidi suffocationem. ¶Postea resurgit calor ⁊ extenditur in materia: ⁊ fit maior euaporatio: quousqz sit calor equaliter expansus postea finitur ergo i quolz tali paroxismo quattuor sunt tpa manifesta ⁊ distincta. Ad contrarium dicendum q ratio tantuz arguit q aliquis paroxismus tertiane potest esse in quo augmentuz erit maius respectu cuiusdam paroxismi alterius tertiane: ⁊ aliquis paroxismus est: in quo status erit etiam maior: ⁊ aliquis in quo declinatio. sed cum hoc reliqua alia tempora euidenter sunt manifesta: Et quod diximus de tertiana dicemus de flegma ⁊ melancolia.

e ¶Nequior eorum est augmasticus. Considerandum q febris potest p cedere augmento super quantitatem caloris homoteni: ⁊ ista est peior ut notum est. ⁊ potest procedere augendo uersus quantitatem homoteni: ⁊ ista est minus mala quā homotenus. licet si consideretur causa que est plus putrefieri ⁊ euaporari quam resolui absolute augmasticus possit dici peior aliis.

f Crisis ad septimum. Dubitatur quia tertiana continua terminatur in septima die sicut interpollata in septimo paroxismo ut. Gal'. in cōmento ampho. tertiana uera ⁊c. ⁊ tertio pronosticorum. ergo sanguinea cuz sit de grossiori materia: postponit terminationem. Dicendum q sanguinea cum sit de peracutis potest ad septimum terminari. ⁊ sic etiaz i quarto. ut tertio de crisi Gal'. Ad rationem dicendum q lz sanguis sit grosior. potest tamen ad eandem peracuitatem uenire febris sanguinea ad quam colerica.

g Eius consumptio. Considerandum q non dixit eam consumi sola digestione ut uolunt plusquam commentator in tegni trac. tertio. ⁊ uidetur Gal'. sentire in fine libri de dſijs febrium: ⁊ nos scripsimus hoc in questione nostra de temporibus morbi.

h ¶Permutantur ad causonidē. ¶Propter incendium ⁊ conuersionem i coleram. que si apostemet cerebrum: facit sirsen: cum autem infrigidatione ut potu aque frigide. ⁊ frigidis embrocis. Unde sanguis conuersus ad similitudinem flegmatis ⁊ coartatus i cerebro poterit apostemare ⁊ facere litargiam. Alia sunt nota: que dicit de maioritate ⁊ profunditate somni. dicit post q si in febre sanguis fiat tympanites: qua non cessat fluxu uentris ⁊ resolutione. i. emplastris resolutiuis circa uentrem. ⁊ appareat in eo morbillus uiridis est de signis mortis. ¶Ratio est quia predicta hydrops significat defectum naturalis caloris: unde fit euaporatio: ⁊ non resolutio: ⁊ continua uentositatis regeneratio fit: ⁊ morbillus uiridis significat materiam conuersam ad naturam uenenosam. Et eius latitudo significat subuersionem materie ⁊ defectum uirtutis a pulsione extra.

a Igna. ¶Prio ponit signa eius. secundo signa pmutationis. tertio signa plongationis. ibi 2ª Signa āt permutationis: ibi 3ª Signa uero longitudinis. ¶Prima in duas. primo ponit signa communia febri sanguinee. secundo signa propria primis speciebus eius. ibi 2ª. Et illus, que est a putredine. ¶Prima potest diuidi in tot partes: quot sunt signa. repletio completa. i. communis toti corpori: absqz rigore quia materia est inter uenas ⁊ cum hoc est calida ⁊ humida. non est sudor. s. omni die uel omniz 2ª die: ut paroxismalibus febribus: sed est apud crisim in die cretica. pruritus in malo. s. ei a quo consueuit sanguis exire ex naso. ⁊ sic etiam consueto uentosari in loco positionis uentosarum. constrictio in banelitu ex multa repletione uenarum subeticarum. Unde suspicandum est in eis de apoplesia: que prouenit ex earum uenarum opilatione. ut ypo. quarto reg. acu. ⁊ auic. tertio can. fen. prima. ⁊ ideo dixit: ⁊ ē malum: apostema gutturis ⁊c. Ista fiunt ex multa repletione in uenis circa

Et causa quidem huius febris ē repletio ⁊ oppilatio: ⁊ multitudo exercitij: ⁊ proprie non consueti: ⁊ dimissio euacuationis: deinde usus exercitij laborioſi. Et quandoqz facit putredinem in eo multam aquositas sanguinis ex cōmestione fructuum aquosorum: quare conuertitur ad putredinem: ⁊ multitudo humoris crudi in eo est propinqua: quare preparat ipsum ad putredinez: sicut qui generatur ex cucumere ⁊ alketbed ⁊ piris ⁊ similibus ⁊ hec quidem febris est continua: que non tepescit propter cōmunitatem materiei: ⁊ eius adherentiam usqz ad crisim aut mortez ⁊ eius species sunt: quarum salui or est epaugmasticus: quoniam resolutio inest maior quam putrefactio incipiens cuz difficultate ⁊ nō ceſſat diminui. Deinde est homotenus ⁊ fortasse similatur .vij. diebus ⁊ nequior eorum est augmasticus: quoniaz resolutio in eo est minor quam putrefactio: ⁊ eius crisis est usqz ad septimum secundū plurimum: ⁊ eius consumptio est cum euacuatione aut sensata aut insensata: ⁊ quādoqz permutatur ad causonidez: ⁊ ad sirsen: ⁊ quandoqz permutatur cum infrigidatione plurima ad letbargiam: ⁊ quandoqz permutatur ad uariolas ⁊ morbilium: ⁊ quandoqz accidit in ea, profunditas somni ⁊ inflatio uentris ex qua prouenit sicut uox tympani ⁊ non deponit eam uentris solutio cum rarificatione: ⁊ quando solutio uentris non ualet deinde egreditur asaf uiridis lata proprie est ō signis mortis.

UVA. BHSC. IyR_029

epiglotum: siue circa sirringam ⁊ circa linguam. cursus lachrimarum p̄
